

Supp. 60.072/c

Digitized by the Internet Archive
in 2017 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b28749911

2536

DE
PONTIFICIBUS MEDICIS
AUT
MEDICORUM FILIIS
COMMENTARIUM
NOTIS AUCTUM

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO
PIO SEPTIMO
PONT. OPT. MAX.

JOANNES BAPTISTA BOMBA ROMANUS
MEDICINAE ET PHILOSOPHIAE DOCTOR
D. D. D.

ROMAE MDCCCXXI.
APUD FRANCISCUM BOURLIÉ
Superiorum permissu.

Wellcome
Libr

III

BEATISSIME PATER.

Nihil mente adlaborandum profecto mihi fuit, cuinam libellum hunc meum consecrarem; viventi enim Pontifici jure debetur, quidquid operis praeteritorum Pontificum res gestas complectatur. Tibi propterea, qui aucto in Romano Archigymnasio Doctorum Decurialium numero, ac Musaeo Historiae naturalis cumulatis-

simo ibidem constituto, vere Auctor es studiorum optimorum, nuncupare primigenas has mei ingenioli lucubrationes, mearum est partium, cui pluribus ab hinc annis Medicas in eodem Lyceo institutiones tradendi delatum est munus. Atqui hoc insuper modo, quod jamdudum in votis erat, tandem aliquando sum consequutus, ut aliquod scilicet publicum grati erga Te animi mei testimonium exhibeam, plurimis, insignibusque a Te beneficiis cumulatus. Accipe igitur eximia qua praestas benignitatis dignatione, munusculum hoc, quod Sanctissimis Tuis pedibus provolutus Tibi humillime offero, et quod Populi Christiani vota efflagitant unice, vivas sospes quam diutissime, ut evaganti licentiae frenis injectis, errorumque undique invalescentium tenebris divino virtutum tuarum fulgore discussis, Sacra ubique Religio floreat, unaque sit apud omnes fidei professio, una mens, una voluntas, una pietas actionum.

Quamvis (I) Salutaris Artis cognitio omnibus sit hominibus valetudinis tuendae causa, summopere necessaria, Theologis autem, Jurisperitisque perquam utilis: nihilo tamen minus si Medicos excipias, paucos in reliquis coetibus adinvenies, qui sedulam Medicinae operam navarint, ita ut ad quaestiones complures explicandas, quae non nisi Medicinae legibus possunt definiri, ut plurimum ad Esculapii filios doctissimis alioquin viris sit confugiendum ubi rei natura id postulat quo tutum omni ex parte judicium de rebus gravissimis, et pro morum disciplina, et pro Forensibus controversiis ferre possint. His tamen non obstantibus omni aevo non defuit unus, alterque, qui Medicinae studium cum aliarum Scientiarum, artiumque liberalium studio ita conjunxit, ut aequam peritissimi sive Theologi, sive Jurisperiti, sive Philosophi, sive Philologi etc. et eodem tempore Medici, etsi Medicam artem non profiteretur, laudem promeruerit. His addas etiam Medicinae Professores, qui etsi nullum de re Medica opus ediderint, aliarum tamen materierum operibus rem litterariam publicam locupletarunt suamque memoriam immortalem reddiderunt. De aliquibus ex his quotquot potui adinvenire evolvendo, subcisivis horis, diversorum auctorum diversa opera, breve tibi sisto commentariolum, Lector benevole, longe plura gravioraque descripturus, si tantum mihi otii a lugubri Medicinae exercitio superesset, quantum meae adversae valetudinis incommoda jamdiu expostulant, meique animi vota solitariam tandem aliquando vitam ac negotiis liberam exoptantis, impense efflagitant.

Cumque quosdam Romanos Optimos Maximosque Pontifices, Medicinae peritissimos percenseamus, de iis primum honoris, et observantiae devinctissimae causa disserendum censemus. Sunt ii porro prae caeteris Victor III. (II) et Joannes XX. qui XXI. appellatus est. Hoc autem de eorum primo legimus apud Andream Victorellum in eruditissimis profecto suis ad Ciacconium additionibus (1) = Desiderius, (sic enim ante Pontificatum vocabatus Victor *III.*) ..... Musices, et Medicae Artis fuit peritissimus = quem sequutus est Gulielmus Burius (III) quoad Musicen tantum (2) et celeberrimus Freind (3), et Joannes Panelli (4) negante tamen Cl. Viro Francisco Cancellieri (5). Quantum autem conducat etiam Musices ad diversas tum animi, tum corporis aegritudines sanandas, disces praesertim ex Meadio, aliisque, quos longum nimis esset singulos percensere.

Duplici igitur de causa, utraque magni profecto ponderis, de hominum salute cum privatus fuit, optime hic Pontifex meruit (ut plura ab eodem praeclare gesta brevi licet quinque mensium quibus Pontifex fuit spatio in summum rei et sacrae, et publicae, artiumque ingenuarum bonum, et incrementum silentio praeteream) primo quia Medicam artem pollebat, tenebroso praesertim Medicinae saeculo, secundo quia Musices scientissimus, quamobrem prae quovis alio Medico inquibusdam hominum aegritudinibus, cito, tuto, jucundeque curandis, ipsum valuisse certe dicimus, aptissimus scilicet erat ad peculiaria quaedam adhibenda auxilia, quorum notitia tantum, non usus promptus penes reliquos Medicos esse consuevit. Nihilo tamen secius anceps haereo utrum inter Medicinae peritissimos viros Victorem III. de-

(1) Tom. 1. pag. 876

(2) Romanorum Pontificum brevis notitia &c. Sect. XXIX. pag. 466.

(3) Historia Medicinae pag. 324.

(4) Medici del Piceno tom. I. p. 50.

(5) Memorie di S. Medico Martire, e Cittadino di Otricoli pag. 37.

beam adnumerare, haud enim accurate perlegisse videtur Victorellus Chronicam Casinensem Leonis Marsicani Episcopi Ostiensis, nam ibi scriptum legimus non Desiderium Montis Cassini Abbatem, qui ad Pontificatum Maximum evectus, Victoris *III.* nomen assumpsit, sed Alfanum Clericum, postea ejusdem Coenobii Monachum, qui denique Archiepiscopus fuit Salernitanus, Desiderii amicissimum, Medicae, Musicesque artis peritia excelluisse. Reque vera neque Leo Marsicanus, neque Petrus Diaconus, hac de re, in vita Desiderii ullam fecerunt mentionem, Auctores inquam, qui septem ante Victorellum, et Budrium seculis floruerunt, tantique Pontificis fuerunt coaevi. Quodque ad Alfanum, et non ad Desiderium referendus sit Ostiensis sermo, ex hujus historici verbis clare apparebit (6).

Cum ecce fama percrebuit Victorem Papam (nempe II.) *ab ultramontanis partibus Romam venisse, eumque ad partes istas in proximo venturum fore. Territus Alfanus hujusmodi nuntio quod fratres suos super Guaimarii Principis occisione insimulandos procul dubio nosset, praeoccupare statuit Apostolicum, secumque ire orat suppliciter Desiderium. Et quoniam miram cantandi peritiam, et Medicinae artis scientiam non parvam habebat, ejusdemque artis codices nonnullos, secum a domo detulerat, magni aliquid se habendum in Summi Pontificis curia omnimodis confidebat: Confectis igitur, atque aptatis quotquot potuit medicaminibus, una cum Civitatis ipsius Archiepiscopo ad Romanum Pontificem in Tusciam proficiscuntur; eumque apud Florentiam remorantem reperiunt. In brevi itaque maximam apud illum familiaritatem adepti, et satis honorifice habiti sunt* = Asserti autem mei veritas illustratur, confirmaturque a celeberrimo Muratori nota 5., ad hoc caput = *Cantandi, atque medendi artes affines esse produnt, qui Medicam quamdam Musicae vir-*

(6) Murat. R. I. S. Tom. IV. pag. 416. e 17. Chronic. S. Monast. Casin. notis illustrata libr. III. Cap. VII.

tutem inesse scribunt. Apollonius in historiis mirabilibus, multos et animi, et corporis morbos musica vult sanari, ut lipothymiam, timores, mentis excessus, Epilepsias. Cantus certe, et Musices permagna vis est ad animorum affectus recte, vel prave flectendos, ad graviores motus demulcendos, mitigandosque, et ad leviores incitandos, quod sacrae una, et profanae perhibent historiae P. Regum 16. de Saul, et 4. Reg. 3. Plato adolescentibus prohibuit Lydiam, et Phrygiam harmoniam quod altera animi facultatem ad lugendum, et dolendum proclivem excitaret: altera propensam ad voluptatem, et libidines partem impelleret. Plutar. in politicis praeceptis Alexandrum tibiarum sono ad arma animatum Hermogenes refert. Cum enim Thimoteus Alexandro orthium modum concineret velut furens, et efferatus in rabiem protinus ad arma prosiluit, Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 2. Lacedaemonios etiam exercitus musicis modis accensos fuisse, et Pythagoreos in more habuisse ut affectus suos, et animi perturbationes modulationibus certis in ordinem redigerent, et aliorum furores compescerent, idem Hermogenes testatur. Cumque moerorem, aut laetitiam excitandi potestatem habeat musica, hinc sanguinis constitutionem immutat, ex qua bona, et adversa valetudo dependet: indeque ad magica flagitia denotanda cantus nomen traductum est. Carmina vel Coelo possunt deducere Lunam, et Silius Italicus, ad quorum cantus serpens oblita veneni etc. De variis, et mirabilibus Musicae effectibus adeundus eruditissimus Joannes Bona saepius laudatus, Cap. 17. pag. 1. 2. (IV) *At vero quod* Alfanus nobilissimus Clericus Medicinae arti incubuerit minime mirum videri debet: *Tum quod Principes viri, et maxime Clerici per ea tempora Medicinae peritiam adamabant: Tum quod Salerni praesertim in magno tunc praetio erat, et etiamnum est Medica disciplina, unde et celebris extitit schola Salernitana, quae Anglorum Regi valetudinis leges praescripsit. Repete notata in Cap. 33. libr. primi. De*

Alfano iterum Petrus Diaconus infra Cap. 35. = Atque hic loci ad majorem Medicinae gloriam e Coenobii Casinensis cimeliis depromptam mentione dignissimus est = *Bertharius ejusdem Coenobii Abbas* (7) *apprime litteratus . . . . . Cujus et Anticimenon . . . . . nec non duo Codices Medicinales ejus utique industria de innumeris remediorum utilitatibus hinc inde collecti* . = Sed legi meretur nota 4. ad hoc caput, quae sic se habet = *Opus non est ad tempora recurrere, quibus Bertharius nondum Monachus Medicum egerit vel officio, vel doctrina, atque hos libros Medicinales composuerit: Clerici enim, itemque Monachi, quin et Episcopi, atque Archiepiscopi Medicinam olim exercuere infra lib.III. Cap.7. de Alfano Clerico, qui Medicinae artis scientiam non parvam habebat. Historia Miscell. lib.22. persuadet quod curandus foret, si ex aliqua confectione pharmaca in nares ejus insufflarentur a Medico suo Moyse nomine, Diacono Antiochenorum Ecclesiae. Caesar. lib.9. Cap.56. Coloniae in Ecclesia Sancti Andreae Canonicus quidam extitit ordine Sacerdos, arte Medicus, Petrus nomine. Glaber. Rudulfus lib.2. Cap.9. de quodam Valferio Monacho, qui sui Abbatis imperio perrexit Antisiodorum, gratia medicandi aliquorum in Monasterio Beati Confessoris Christi Germani infirmantium fratruum: erat enim Medicinae artis studiis instructus. Ugo Falcandus. Sed quoniam putabatur idem in quibusdam aegritudinibus posse contingere, misit Archiepiscopum Salernitanum, virum in Physica probatissimum, et Episcopum Maltensem, aliosque prudentes viros, qui rei modum, et causam agnoscerent. Ex Concilio Romano sub Innocentio secundo Can. 9. apud Baronium ad annum* 1139., *eo progressa apparet haec consuetudo, ut et Monachi, et regulares Canonici* (verba sunt Concilii) *post susceptum habitum, et professionem factam, spreta Beatissimorum Magistrorum Benedicti, et Augu-*

(7) Mur. R.I.S. Tom.IV. pag. 309. Cap. XXXII.

stini regula, leges temporales, et Medicinam, gratia lucri temporalis addiscerent. Quod eodem canone vehementissime reprehensum fuit, atque prohibitum, sed et apud Arabes, Principes viri Medicinae operam dabant =.

Artis autem Medicae nobilitatem, dignitatem, splendoremque auxit praesertim Joannes XX. dictus XXI. Lusitanus, patria Ulissiponensis, Juliani filius, professione olim Medicus, ut narrat Ciacconius 209. Tom. II., qui quidem Pontifex, utpote vir doctissimus tam in Philosophia, quam in Medicina, mentione dignissimus fuisset in libris de infelicitate litteratorum Pierii Valeriani, et Cornelii Tollii, nec non in illo de casibus illustrium virorum Antonii Mariae Gratiani Episcopi Ameriensis, si auctores hi infelicium litteratorum seriem altius deduxissent; = *Nam cum Viterbii dormiret, repentina cubiculi recens constructi ruina oppressus est, quod in Palatio Viterbiensi fabricaverat, atque inter ligna, et lapides inventus, septima die, acceptis omnibus Ecclesiae Sacramentis, Pontificatus sui mense octavo, et die octavo moritur, vir admodum litteratus, et litteratorum valde amator, multarumque rerum scientia instructus: ibidem* 211. = Si Platinam audias in vita hujus Pontificis = *pollicebatur homo stolidus sibi longam vitam, et diu se victurum omnibus praedicabat* = pag. 178., quod nil mirum in homine, ea qua pollebat medendi scientia, saeculo attamen Medicinae admodum rudi, barbaroque, in quo sub Galeni, Arabumque nimis eheu nimis diuturno, gravissimoque jugo adhuc gemebat Medicina, et in eo praesertim toti erant Medici ut remedia conficerent, ac praesidia exquirerent aptissima ut communiter credebatur ad hominum vitam quoad fieri posset producendam. Oh vanas hominum mentes! Oh pectora caeca!

Luculentissimum quod asserti mei veritatem confirmat, testimonium perhibet nimium celebris hujus aevi Medicus Arnaldus Villanovanus, qui de Retardatione Senectutis, et *Rejuvene-*

scentia (8) pag. 817. et de his quae juventutem inducunt pag. 819., tractatum scribere non dubitavit (non secus ac scurra, seu nugator quidam, Medicum enim appellare non ausim) qui proxime praeteritis annis librum publici juris fecit de modo masculos, foeminasque ad libitum procreandi. Quae quidem haeresis medica, seculo decimo septimo Alchimistarum, ducibus Paracelso, et Helmontio Germaniam, Galliam, et totam fere dixerim Europam pervagata ; in Italia fixas adeo radices egit, ut nobilissimus Patritius Neapolitanus Sanct. Rom. Ecclesiae Cardinalis amplissimus Paschalis De Aquaviva de Aragonia, qui exeunte seculo decimo octavo, Romae, dum adhuc adolescens eram, decessit, Chaemicum, eumdemque pharmacopolam non vulgarem sui temporis nomine Laurentium Bellante Florentinum, qui Hospitii Apostolici Sancti Michaelis ad ripam Tiberis stationarius etiam erat pharmaceuticus, stipendio conduxerit, ut sibi ita dicta elixiria, quintessentias, aliaque id genus remedia pararet adhibitis herbis ex hortulo magno, liberalique sumptu ad hoc opus exculto, queis, si fieri posset ad Nestoreos annos perveniret : risum teneatis amici. Dum autem haec commemoro, volupe etiam futurum putavi si plane lepidam, ridiculamque historiolam enarrarem ad hanc rem pertinentem. Cum igitur Chaemicus Bellante ad multam noctem rhaeda velociter vectus, eximia Patroni Cardinalis liberalitate, benignitateque ad Apostolicum rediret Hospitium ; strepentium rotarum motu, intempestivoque rumore e somno ex improviso excitati ultimi Transtiberinae Regionis incolae, nescientesque quid rei hoc esset ; altum enim inibi per noctem silentium, cum locus sito centro Civitatis longe dissitus, magna ex parte inhabitatus, hortis, vineisque circumdatus, ac propterea ab hominum frequentia, rhaedarumque quarumcumque strepitu,

(8) Lib. De Conservanda Juventute et retardanda Senectute Op. Om. Basileae 1585. pag. 814.

noctu praesertim abhorrens, Famosissimae Matronae Olimpiae Maidalchinae, quae in hac vicinia, prope ripam Tiberis suos amenissimos hortos habuit, manes esse, qui curru veherentur, vagarenturque per compita somniabant per summam inscitiam vigilantes, perculsae imaginationis viribus, ignorantiaeque prae judiciis obsequentes. Ast quo rudium popularium φαντασία ex impulsione extrinsecus oblata ob singularis cujuspiam rei novitatem pervadat qui nesciat, arbitror esse neminem.

Tributum igitur sui seculi moribus persolvebat Pontifex Joannes ut Medicus, si vera sunt, prout verissima esse nemo ibit inficias, quae referuntur a Platina de longaevitate, quam sibimet ipse promittebat: tam longe abest, ut *socordis, et invere-cundi ingenii indicium hoc fuerit* (V) veluti praefatus auctor perpetuus, idemque impudens Romanorum Pontificum detractor asserere non dubitavit. Atque utinam (fas sit Medicum haec dicere in dolore) semper Medici hac tantum phrenesi laborassent! Ast malo fato ita est comparata Medicina, ut pejora longe, quotidie fere dixerim deliramenta sese prodant viventia quidem ut plurimum quantum vivere ephemera insecta consueverunt, interdum vero tantum vigentia, et perdurantia, quantum satis est in maximam aegrotantium perniciem. Potuit igitur jure merito longam sibi vitam spondere Joannes XXI. ex iis regulis, quas in Igiene didicerat, quasque nescientes profani, longaevitatis praesidia in pharmacopolarum doliis ex piscantur. Atque ita semper veri Medici, inter quos noster Pontifex adnumerandus est, se gesserunt, ut non solum salutem aegris, sed etiam hominibus longam vitam promiserint, dummodo monita, et praecepta Medica ad hunc finem obtinendum perquam idonea, quae consistunt in sex rerum non naturalium recto usu, non despexerint, suam que semper totis viribus sarctam, tectamque conservare salutem studuerint, ut sic proprio exemplo quid aliis factu opus esset, ostenderent, majorem sibi gloriam, famamque comparerent, et

luculentiora eo etiam modo de salutaris artis necessitate, ac praetio monumenta praeberent. Dixi veros Medicos; Medicorum enim nomen minime merentur illi, de quibus sic in quadam littera consolatoria ad Ciceronem loquitur Servius Sulpitius audita Tulliae ejusdem Ciceronis filiae morte = *Neque imitare malos Medidicos, qui in alienis morbis profitentur se tenere Medìcinae scientiam ipsi se curare non possunt* = Sic ridiculus posteris esset Medicus, qui longam vitam aliis promitteret, et ipse florente adhuc aetate mortem sibi ex inordinato vivendi genere temere festinaret, prout Paracelso praesertim novimus contigisse. Demum dum longam vitam sibi pollicebatur Pontifex, Medicinae veteres Coriphaeos sibi verosimiliter ad imitandum proposuit qua de re ita graphice disserentem audi Muretum (9).

Atque ut Medici quo majorem auctoritatem arti suae concilient, solent interdum enumerare quosdam e praecipuis auctoribus disciplinae suae, qui quod ita se compararunt, ut praecepta sua non ostentationem scientiae, sed legem vitae putarunt, diutissime, saluberrimeque vixerunt, ita nos nihil impedit quamlibet multos philosophos nominare qui quod decretis suis paruerint, quasque leges aliis proponebant, ipsi servaverint, merito sunt apud omnes populos numquam interituram gloriam consequuti. Illi fortassis nominabunt Hippocratem, Asclepiadem, Galenum, quorum primus usque ad annum centesimum quartum aetate provectus est, alter eo processit artis suae fiducia, ut ausus sit cum fortuna sponsionem facere, ne Medicus haberetur si ullo umquam morbo tentatus esset, et victor cum ad extremam senectutem sine ullo morbo pervenisset, scalarum lapsu examinatus est. Tertius cum imbecilliori valetudine usus esset adolescens, ita eam arte correxit, ut ad septuagesimum annum pervenerit =. Vituperatores igitur injusti Medicinae censendi

(9) Orat. VIII. pag. 69. de Moralis Philosophiae necessitate.

sunt, qui Medicos longam vitam sibi, vel aliis promittentes irrident cum hoc praestare se posse aequo illi jure confidant non elixiriis, pillulis, quintessentiis, ita dictis sanitatis granulis, aliisque hujus furfuris pharmacis, quae Medicae Charlataneriae partem efficiunt (vide de Charlataneria eruditorum Menchenium) sed orthodoxis ejusdem artis dogmatibus in usum vocatis, quae in ea Medicarum institutionum parte, quae Igienes dicitur fuse traduntur. Quem insuper fugit nobilissimum virum Patritium Venetum Aloysium Cornaro utilissimi libri de sobriae vitae commodis auctorem, austerissimae, sed eidem absolute necessariae Igienes regulis ad unguem observatis corpus in prima aetate infirmissimum quod omni fere dixerim horae momento ad exitium properare videbatur, invita ut ita dicam natura ita roborasse, ut pusillam vitam ad nonagesimum octavum vel centesimum usque annum produxerit? Sic Ludovicus Podocatharus Cardinalis, idemque Medicus non vulgaris, de quo sermo erit in posterum, optima semper usus est valetudine, veroque videtur simile hoc obtinuisse Medicis adhibitis praesidiis quae probe noverat. Vixit autem annos LXXV. Atque illuc unde digressi sumus redeuntes, Joannem hunc Medicae facultatis Montis pessulanae longe celeberrimae alumnum fuisse, absque ulla hesitatione refert Cl. Eloy in suo dictionario historico Medico; cum vero nulla apud Ciacconium, Platinam, Victorellum, Oldoinum hujus rei fiat mentio, fides sit penes auctorem qui forsitan ex adversariis, et regestris Archivii Montis Pessulani hanc notitiam extraxit.

Turpiter autem erravit modo laudatus auctor cum Joannem hunc Lusitanum sutoris filium fuisse asseruit, Pontificem hunc cum Jacobo d'Eusa, seu D'ossa Cadurcensi confundens, qui revera sutoris filius fuit, et ad Pontificatum Maximum evectus, Joannis XXI, seu XXII sibi nomen imposuit. Qui quidem error probe fuit animadversus ab illo, qui dictionarium e Gallica in Italicam linguam a se conversum suis auxit adnotationibus, qui

tamen nescio quo fundamento innixus, nullo exhibito documento, Joannem Lusitanum Medici filium fuisse affirmavit, cum apud Historicos supra memoratos Patrem Julianum habuisse legatur; Julianum autem fuisse medicum non item legatur, et quod caput est Brandanus natione Lusitanus auctor gravissimus in opere cui quam ob causam nescio licet lusitano idiomate conscripto titulum latinum apposuit. *De Monarchia Lusitana* fatetur ingenue non constare e qua familia ortum duxerit suum Joannes Pontifex: tam longe abest ut Juliani Medicique filium eumdem fuisse certo scias. En ejus verba e Lusitana in Italicam linguam conversa = *Propriamente nell' anno 1276 ai 13. di Settembre fu eletto per Papa Giovanni Vigesimo primo Portoghese di Nazione, e nativo della Città di Lisbona, non costando di che famiglia fosse. Parte IV. 244.*

Brandani autem auctoritati adversantur quae Antonius de Macedo Conimbricensis Societatis Jesu, vir sane eruditissimus refert de Joanne XXI. in suo opere: *Lusitania Infulata, et Purpurata* pag. 34, 35., quaestionem etiam breviter agitans, de Accademia in qua fuit Medicinam edoctus = *Joannes* (inquit) *XXI. Magister Petrus Hispanus, Petrus Joannes ante adeptum Pontificatum nominatus* parentem habuit Julianum . . . . . *justo annorum spatio in philosophicis disputationibus consumpto, in Medicinae studium, et mathematicarum artium maxime incubuit, et brevi inter aequales excelluit, omniumque suffragiis dignus, qui Doctoratus Laurea donaretur, est judicatus. Lutetiae Parisiorum litteris operam dedisse putamus. Nobiles scriptores Galli Andreas du Chesne, Petrus a Sancto Romualdo, et Gabriel Naudaeus disertis verbis affirmant extare quaedam artis Medicae documenta tuendae valetudini idonea, quae Joannes dum studeret Medicinae, Blancae Sanctissimae Reginae Galliae D. Ludovici Matri praescripsit: atque inter alia tradit se in Parisiensi Accademia Medicis disciplinis studuisse* (VI) . . . . . subdit

tamen paulo post pag. 37, et 38. = *Illustrissimus Dominus Rodericus Acunha Archiepiscopus primum Bracharensis, postea Ulyssipponensis, in quo pietas cum doctrina de dignitate certavit litteris prodidit Joannem* in Montis Pessulani Gymnasio Medicarum artium studiis insigni Medicinam didicisse in *Histor. Brach. C.* 35. *num.* 2. *Caeterum ab Scriptoribus Gallis non tam dissentire videtur ut non facile cum iis conciliari possit si interposito judicio censeamus* partim studuisse Parisiis, partim Monte pessulano = Joannem demum Lusitanum patrem nomine Julianum habuisse non sine veri specie argui posse arbitratur ex publicis duabus tabulis, quarum una Perusiis restat juxta ipsum, in qua se ante Pontificatum ita subscripsisse affirmat. *Petrus Julianus electus Bracharensis confirmat* ibid. 40. et quod magis mirere Amalricus Augerius nulla facta patris mentione, *natione Hipanum Ulixibonensis Civitatis oriundum Pontificem hunc pronunciavit* (10).

Contra in vita hujus Pontificis ex M. S. Bernardi Guidonis: quam publici juris fecit Muratorius Op. cit. pag. 606, legitur = *Joannes XXI natione Hispanus Portugalensis . . . . . Hic prius vocabatur Magister Petrus Juliani . . . . .* His ita constitutis reliquum modo est ut de tanti Pontificis Medicis Operibus verba faciamus. Scripsit tamquam Philosophus, et Medicus celeberrimus . . . . . In Physiognomia Aristotelis, quae invenitur m.s. Cantabrigiae in Bibliotheca Sancti Petri.

Commentaria in Isaacum Medicum; de diaetis universalibus, et particnlaribus, et de urinis: quae cum operibus ejusdem Isaaci in lucem prodierunt Lugduni apud Bartholomeum Trost anno 1515. Thesaurum pauperum, seu de medendis humani corporis morbis librum empiricum ex omni genere auctorum, et experientia propria congestum, qui Typis datus est Lugduni anno 1525,

(10) Mur: R. I. S. Tom. III. p. 2. pag. 427.

Parisiis autem anno 1577, cum altera parte quam scripsit Joannes Liebaultius Medicus Divinionensis.

De medenda podagra tractatus.

De oculis, et de formatione hominis.

Super Tegnis, et Hyppocratem glossas de natura puerorum extant M.S. Patavii apud Canonicos Lateranenses.

Canones Medicinae.

Consilium de tuenda valetudine ad Blancam Matrem S. Ludovici Regis Galliarum . . . . . .

Quod autem respicit tractatum nomine Thesaurum Pauperum, seu de medendis humani corporis morbis audi celeberrimum nostrum Cajetanum Marini, quo moriente non exigua etiam pars rerum scitu pulcherrimarum mori visa est. Quem honoris, et amicitiae causa publico hoc testimonio commendatum hic volo ob datum mihi perliberaliter eximium suum opus de papyris diplomaticis cum autographa inscriptione ubi primum e gravi morbo convaluit, quo me usus erat Medico consulente, quo quidem dono omni ex parte nihil jucundius, honorificentius nihil contingere mihi unquam poterat. (11) (VII)

GIOVANNI XXI.

GIULIANO.

Giuliano Medico di Giovanni XXI., d' ordine del Papa, e coll' ajuto di cinquanta de' più bravi Medici di que' dì, compì l' opera, che ha il titolo di Thesausus pauperum, seu de medendis humani corporis morbis a voler credere al racconto di uno Spagnuolo, che lo tradusse, e fu poi pubblicata nel 1622. *Giacchè per l' avanti si era sempre pensato, che fosse lavoro dello stes- Giovanni prima di esser Papa, di cui qualche cosa ho già det-*

(11) Degli Archiatri Pontifici Vol. 1. pag. 25.

to. Il celebre Niccolò Antonio non si mostra persuaso di ciò. Bibl. vet. Hisp. Tom. II. pag. 50., *quantunque confessi di aver avuto presso di se un Codice, nel quale questo libro scritto in lingua Portoghese, ma con caratteri Rabbinici dicevasi fatto da un Maestro Giuliano. Di costui io non ne sò più di tanto, e ben mi accordo quanto sia poco a volerlo numerar fra gli Archiatri.* Certe Bzovius referente Brandano op. cit. de hoc Pontifice sequentia protulit verba. *Petrum Hispanum antea appellabant, a quo liber de arte Logica eruditus; scripsisse etiam* fertur *ante Potificatum, et quosdam canones arti Medicae convenientes, et librum, quem Medici Thesaurum pauperum dixerunt.*

Quod si quemdam nomine Julianum pro Archiatro suo habuit Joannes Pontifex, quod tamen in dubium a nostro Marinio revocatur, non abs re tunc esset coniicere ex hoc forsitan fonte promanasse historicorum errorem, qui fere omnes una voce Joannem Juliani fuisse filium, memoriae prodiderunt Medicam interdum eidem Juliano assignantes Professionem. His addendus etiam nuperrimus pragmaticae Medicinae historiae scriptor cl. Sprengel, qui sic breviter de hoc Pontifice loquitur. Tom. IV. pag. 272. Non è punto dissimile la collezione di Pietro lo Spagnuolo figlio di Giuliano Medico nativo di Lisbona Arcivescovo di Braga, poscia Cardinale, e Vescovo di Frascati, e finalmente Papa sotto il nome di Giovanni XXI (12). Gl'Istorici affermano, ch' egli fu più prudente Medico, che prudente Papa (13); ma nè come Medico, nè come scrittore si meritò la stima della posterità. Quantunque biasimi espressamente i carmi superstiziosi (14) pure non solo adot-

(12) Herm. Corneri Chronic.) in Eccard. vol. 11. pag. 927. Amal Auger. De Biterris, ivi p. 1787. Trithem. Annal Hirsaug. vol. 11. pag. 31. Hamberger. Cenni intorno ai più insigni Scrittori p. IV. p. 440. Koehler notizie Biografiche di Giovanni XXI. Gottinga 4. 1760.

(13) Trithem. L. c.

(14) Thesaurus pauperum p. 253. a. 4. Lugd. 1525.

ta tutti gl' insulsi rimedj di Chiranide del circa instans, e di altri ricettarj; ma ne aggiunge anche dei nuovi. P. E. Chi porta seco scritti i nomi di Gaspare, Baldassarre, e Melchiorre, non viene assalito da Epilessia (15). per muovere la diarrea in un malato, si empie un' osso smidollato de' suoi escrementi, lo si getta in un Fiume, e finchè ivi lo si lascia, il malato stesso avrà la diarrea (16). *Venia autem dignus Medicis enim sui temporis praejudicijs et opinionibus inserviebat.*

Quidquid vero sit de Medicorum hujus aevi erroribus, deque absurdissimis superstitiosisque ab iisdem de seculi more excogitatis, adhibitisque remediis perquam doctum sui temporis Medicum appellare Joannem XXI. non dubitamus, nisi e Doctorum virorum albo Simonem a Cordo, Petrum de Abano, Arnaldum Villanovanum delere velimus, qui hujus Seculi, sequentisque ut ut inculti in Medicis praesertim disciplinis sidera fuerunt fulgentissima. Quam obrem summopere gavisus fui cum Clarissimum, Orthodoxaeque e Neotericis auctoribus Medicinae promotorem Alibertum inter paucos nemini secundum, de hoc Pontifice sic loquentem, legi (Nosologia Naturale Tom. I. nella Prefazione. . . . . E il Papa Giovanni XXII., che era stato gran Medico prima di giungere al Pontificato. Bona autem venia tanti viri dicere debuerat XX, aut XXI, sed forsitan est error Italicae versionis Typographi; nam ibi sermo est de hoc Pontifice post nominatum Simonem a Cordo ejusdem aevi Medicum aeque celeberrimum; nec ullo possunt modo ejusdem verba intelligi de Joanne XXI., seu XXII. Gallo Cadurcensi, qui numquam pro Medico fuit habitus ut ut mediocri; Chemiae enim tantum pertenuem ad summum habuit cognitionem sicuti, vidère erit in posterum.

Demum pro coronide non defuit qui scriptum reliquit quando ars typographica fuit adinventa primum, vel alterum saltem

(15) Ivi p. 255. 6. (16) Ivi p. 260. c.

opus quod publicam mirifico hoc artificio vidit lucem illud fuisse nostri Pontificis, quod si verum hoc esset, validissimum profecto suppeditaret argumentum ad probandum quod circa medietatem seculi decimi quinti Medica hujus Pontificis scientia maximo habebatur in praetio (Macedo Op. cit.) His addendi ad majus Medicinae decus, et ornamentum etsi professione Medici non fuerunt S. Eusebius (VIII) Pontif. XXXII. natione Graecus ex Patre Medico vel Graecus ex Medico, ut scribit Anastasius Bibliothecarius in vitis Romanorum Pontificum (17), et legitur in vitis eorumdem Pontificum Amalrici, Augerii de Biterris (18). S.Bonifacius IV. natione Marsorum de Civitate Valeria ex patre Joanne Medico (IX) (19), etsi audias Burium, et De Novaes Sanctus Pontifex Leo II. (X) Pauli Menii, seu Maneo Medici et ipse filius fuit. Cum vero de Leonis II. Parente altum silentium sit penes Bibliothecarium, et Amalricum Augerium, quid hac de re sentiendum sit, aliis dijudicandum relinquo. Quod autem silentio praeterire nullo modo possum, illud est, novum scilicet Medicinae lumen addidisse post plura secula Clementem hujus nominis XIV. Ganganellium ex ex ordine fratrum minorum Conventualium S. Francisci in quo virtutes summo Pontifice dignas Orbis Christianus admiratus est, cui Pater fuit Medicus Vadensis Civitatis in Urbini Ducatu quamvis ipse natus fuerit in floridissimo Emiliae oppido cui S. Archangelo nomen est quo tempore Parens ipsius Medicum ibidem agebat.

Nec silentio praetereundi sunt Pontifices Maximi Innocentius III. et Paulus II., de quorum primo haec leguntur apud celeberrimum Marini Op. cit. pag. 10, et 11, ita loquentem de quodam Romualdo scholae Salernitanae Medico, et Archiatro Pontificio. = *Questo Romualdo sarà stato Archiatro di Celestino III,, e chi*

(17) Mur. R. I. S. Tom. III. p. 1.
(18(Mur. R. I. S. Tom. III. p. 2. et Tom. III. p. 1. pag. 135.
(19) Op. cit. Tom. III. p. 2. p. 56.

pag. 30.

sa anche che nol fosse d' Innocenzo III. dotto in Medicina anch' esso *nel supposto che sia sua una ricetta , o Confezione al viso di cui lo fa autore un bel codice in membrana del secolo XV. posseduto dall' eruditissimo mio amico il Signor Conte Carlo Simonetti , il quale contiene il volgarizzamento dell' opera di Maestro Aldobrandino , ed altre cose Mediche* . Quod autem respicit alterum Pontificem Paulum nempe Secundum , idem Marini haec habet (Oper. citat. pag. 170.) = *Siam pervenuti a tempi di Paolo II.*, del quale scrive Michel Canesio , o Canensi = *In prospera valetudine usque adeo Medicorum opiniones , atque consulta aspernatus est , ut nihil minus , quam antea prorsus ageret , et in nota , chi non vorrà ridere al trovar questo Paolo presso il Tiraquello (de Nobilit. pag. 208.) , e e l' Eloy nel catalogo de' Papi Medici perchè dice il Platina , e lo conferma il Canesio , che visitava gl' infermi , e dava lor bere talvolta la Medicina ? Che avrebbero essi detto , se letto avessero in Gaspare Veronese* (Appendice num. 80.) , *che quegli con gran cura , e diligenza oleum confici curavit ex compluribus serpentum generibus , quo inuncti pueri , et adolescentes , veneno sunt liberati ?* Reque vera in vita hujus Pontificis exarata a Platina . habetur quod ipse = *semper domi habebat unguenta Venetiis advecta , oleum , Theriacam , et caetera id genus , quae ad curandam valetudinem faciunt , ex his aliquid ad aegrotos mittebat* , = tanto desiderio aveva di giovare agl' infermi (Pag. 179. vol. 2.)

Verum parcant pii manes tanti viri si dixero Canensium scriptum reliquisse in vita hujus Pontificis eumdem alimenta , non pharmaca aegris propriis manibus per singularem profecto comitatem suam porrigere consuevisse . = *Recitabo ejusdem verba (pag. 16. Pauli II. Veneti Pont. Max. vita ex Codice Angelicae Bibliothecae desumpta etc. etc. Praemissis ipsius Sanctissimi Pontificis vindiciis adversus Platinam , aliosque obtrectatores . Ro-*

mae 1740.). Verum ut ad propria naturae dona redeamus, memorandum profecto illud in eo est, et praecipue laude dignum quod insignis praesul, dignus, ac nobilissimus Cardinalis, ingentique praefulgens Magistratu tam facilis, atque humanus inter omnes, atque inter ipsius domesticos semper extitit, ut consocium potius quam dominum crederes. Aegrotantis Familiae ita sedulus, ac diligens adjutor fuit, ut nequaquam satis actum fore putaret diligenter providisse ne quid aegrotanti omnino deesset nisi et ipse infirmum coram viseret, paternisque verbis cohortaretur, ac propriis interdum manibus cibaret *sicut ab eodem Philippo cujus supra meminimus, multisque aliis comitantibus, in aegrotantis usque cubiculum persaepe conspectum est; ac nos inter alios suos familiares illum persaepe conspeximus. Alteri ex famulis sedulam infirmi curam, et jugem assistentiam demandabat, neque cibum ante capere solitus est quam de infirmo intellexisset. Quam quidem curam in ipso etiam Pontificatu nequaquam omisit, sed tanto, frequentius, atque abundantius egit, quanto amplior aegrotantis conditio erat. In gravi valetudine Theodori Ecclesiae Tarvisinae Antistitis, viri litteratissimi, virtutumque omnium refertissimi cum in ejus cubiculum profectus intelligeret a Medicis illum non posse amplius Medicinis juvari quoniam omnia instantis mortis signa concurrebant, tam excellentis viri obitu vehementer indolens abstinere nequivit quin in ipsos Medicos tamquam in humanarum ignaros infirmitatum exclamaret, et quod in tam diutina ejus viri curatione veram infirmitatis causam exquirere non valuissent.* 17. = Verum qui alimenta propriis manibus familiaribus aegrotis porrigere dignabatur, ipsum et pharmaca etiam iisdem propriis manibus porrexisse, praeterquam quod sponte fluit sua; clare liquet ex Platina dicente p. mihi 250. = *Tantae praeterea humanitatis fuit, ut in aegritudinibus curiales ipsos, qui aliquo in praecio erant, inviseret, et quibusdam remediis adhibitis, eos ad vale-*

tudinem hortaretur ,, . Ex quibus omnibus una simul sumptis ni mea me faliit opinio , id aperte constat , si nimirum Paulus II. medicas institutiones haud acceperat studio tamen voluntatis in salutarem artem ferebatur (XI) , et quadam Medicae artis notione imbutus fuit ; secus enim explicari nullo modo potest qui fieri potuerit ut quaedam remedia semper domi haberet , eadem magna diligentia , et studio parari curaret , ex his aliquid ad aegrotos mitteret , imo aegrotos ipsos praesentia sua recrearet , opportunis , necessariisque ut eidem videbatur remediis adhibitis , ut nihil dicam de sedulis curis , quas adhibebat ut custodiendis aegris , curandis diligenterque adjutandis sedulam operam navarent qui ad id operis adsciscebantur (XII) .

Et quamvis non ejusdem pars , sed pulchra tantum Medicinae ancilla Chemia sit , adjutrixque , ac proinde scitu Medicis maximopere necessaria ; Pontificum hinc Medicorum catalogo accensendus etiam quodammodo est Joannes XXI. dictus XXII. Cadurcensis Gallus Jacobus D' Eusa , seu d' Ossa antequam ad Petri Cathedram ascenderet vocatus , qui praeter alia opera scripsit quoque latino sermone artem metallorum trasmutatoriam , quod opus incerto auctore ex bibliotheca Antonii Venderii Lugduni prodiit anno salutis 1557. (20) .

Denique si Garimbertium (21) audias Medicum , Astrologumque pro patre habuit Marcellus II. Cervinus Politianus natus in Oppido Montis Fani Dioecesis Auximanae in Piceno pridie nonas Maii anno Christi millesimo quingentesimo primo = *Marcello II. da Monte Pulciano Castello in Toscana nacque d' un povero Medidico , ed Astrologo , che dalla sua natività* (per quanto fu detto) *pronosticandoli il Pontificato , mostrò quanto fosse la forza del voler Divino , e per conseguente della Fortuna* .

(20) Ciacconio III 404.

(21) La prima parte delle vite , ovvero fatti memorabili di alcuni Papi , e di tutti i Cardinali passati . In Vinegia MDLXVII.

Quae fides autem habenda sit Garimbertio auctori quem probe novi sublestae fidei, aliorum esto judicium; si autem quid sentiam mihi dicere libere liceat fatebor ingenue, quod etsi de hac Marcelli II. origine Medica haud ulla fiat mentio penes Ciacconium, aliosque, ac praesertim in commentario clarissimi viri Petri Polidori Frentani de vita, gestis, et moribus Marcelli II. Romae edito, anno MDCCXLIV. ex typographia Hyeronimi Mainardi, vera attamen in casu nostro dixisse Garimbertium licet suspicari ex eo quod hic auctor coaevus fuit tanti Pontificis, secundo quia Riccardus Marcelli II. pater ad humaniores litteras, et Philosophiae cognitionem Astronomiae, Mathematicae, ac liberalium artium peritiam adjunxit (Op. cit. pag. 2.) Quem autem fugit inter liberales artes principem sibi locum vindicare Medicinam? Quis tam novus in Medica historia, qui nesciat seculo etiam decimo quinto arctum Astronomiae cum Medicina connubium ita ut de hujus seculi more rectam unius artis cognitionem absque alterius scientia vix stare posse censeretur?

Praeterea singulare Poema de laudibus balneorum, et Medicarum aquarum latine adornavit Marcellus II. quod in Senensi Accademia, cui nomen dederat publice legit (Op. cit. 14.), idque non levi ni fallor argumento est non solum ex patre Medico ortum habuisse suum, sed ab eodem Medicinae etiam rudimenta accepisse, nec leviter fuisse in salutari arte versatum.

Turpiter vero erravit Garimbertius cum Marcellum II. adnumeravit inter Pontifices = *Che nati in una bassa fortuna, sono pervenuti ad una altissima* = quasi dedecori Marcello fuerit nasci ex patre Medico, eodemque paupere; etsi enim tempore Garimbertii jam non daret amplius filiis suis Galenus illas opes, quas olim iisdem affatim suppeditabat; sat dives tamen semper est medicus excellens in arte, vel saltem prudens, quamvis non sit fortunatus, nam compensatur si qua est non aequa in medico paupertas ab exercitio artis nobilissimae, qua nihil unquam sublimius fuit, nihil antiquius, utilius nihil.

Pontificum demum Medicorum agmen claudat Thomas Parentucellus ; sive de Calandrinis Sarzanae natus , qui ad Cathedram Petri mirifico sane modo evectus , Nicolaus V. appellari voluit , sempiternae memoriae Pontifex , cum bonarum , liberaliumque artium , et scientiarum omnium auctor fuerit munificentissimus , idemque doctissimus sui temporis vir .

Tantus igitur Pontifex non solum Bartholomeum peregregium artium , et Medicinae professorem patrem habuit (XIII) quamobrem jure , ut ita dicam haereditario Medicinae principia a paterno semine deduxit , sed et ipse Medicus fuit non ignobilis sicuti haud dubia , eaque locupletissima ex historia petita monumenta testantur . ,, *Artibus septem , quas liberales vocant sic a puero imbutus est , ut omnia presentia sint . Philosophos omnes novit , Historicos , Poetas , Cosmographos , Theologos ; nam et sacris artibus initiatus est , Juris Civilis , et Pontificii notitiam habet , nec Medicinam ignorat* . (Aeneae Silvii Senensis , qui postea fuit Pius Papa II.) Friderici Romanorum Regis Secretarii , et Oratoris , de morte Eugenii IV., creationeque , et Coronatione Nicolai V. summorum Pontificum oratio coram ipso Rege habita anno MCCCCXLVII (22) . Quodque non solum theoreticam Medicinae cognitionem habuerit Nicolaus V., sed artem ipsam exercuerit , clare liquet ex vita hujus Pontificis , auctore Jannotio Manetio Florentino (23) , quippe qui loquens de Beato Nicolao Albergati S. R. E. Cardinali , cui in minoribus noster Pontifex addictissimus fuit , carissimusque , haec de ipso habet ,, *Quippe cuncta non solum , quae ad totius familiae magnae (scilicet Cardinalis) ingentisque turbae gubernationem pertinebant diligenter , et accurate exequebatur , sed omnia quoque , quae ad sustinendam confractam praedicti Cardinalis personam , ac pene aetate*

(22) Muratori R. I. S. Tom. III. p. II. pag. 895.

(23) Mur. op. cit. pag. 915.)

confectam, et calculo insuper plurimum laborantem exigebantur suo nutu, arbitratuque gubernabat. Unde in longinquis itinerationibus Conductoris, et Ministri, Gubernatoris et Medici officiis fidelissime simul, atque accuratissime fungebatur. Quam ob causam Marinus noster vocavit illum figliuol di medico, e dotto in Medicina anch' esso (op. cit. tom. 1. pag. 145.) eruditissimas circa genealogiam hujus Pontificis addens notitias, quae huc non pertinent.

Quamobrem non intelligo cur quodammodo dubitanter in vita hujus Pontificis (Romae 1742. ex typographia Palearinorum edita) pag. 14. eumdem sedulo Medicinae operam navasse scribat clarissimus Dominicus Georgius semetipsum refutans indubiis in medium allatis documentis, quae super innuimus. Audi ejus verba „*sunt etiam qui velint eum Medicinae operam dedisse, ac arte, et professione Medicum fuisse: ita censet Andreas Tiraquellus, qui id omnium scriptorum ejus tempestatis testimonio confirmari tradit. Nos in haec testimonia non incidimus, nisi tantum apud Manetium legimus, eum suo arbitrio omnia in domo Nicolai Albergati Episcopi Bononiensis administrasse, ac Medici etiam officio erga eumdem Nicolaum aliquando functum esse. Aeneas Sylvius Medicinam non ignorasse scribit* = Quid adhuc egemus testimoniis?

Quodque Medicinam etiam Pontifex adamarit, illud non levi etiam argumento est, quod aedes egregias ad balnea Victoriana aedificavit. (Ciaccon III. pag. 954.), quem locum sic illustrat Andreas Victorellus Op. cit. pag. 958. (aedificavit) Ex Platina. *Aquas Cajas morborum expultrices in agro Viterbiensi Hetruscarum omnium aquarum Strabonis sententia clarissimas aedificiis auxit, et commodas effecit.* Cardinalis Aegidius Viterbiensis in hist. 20. sec. Quam rem nova additio Augustini Oldoini Societatis Jesu sic amplificat pag. 964. . . . . *insigne etiam Palatium extra Civitamem Viterbiensem ad secundum fere lapidem ad*

aquas, quarum potentiam et virtutem expertus fuerat construi mandavit, quod adhuc extat, et balneum Papae vocatur, insignibus Nicolai ornatum.

NOTA I.

Quamvis omnia sciens Democritus, docte quidem prudenterque in epistola ad Hippocratem scripta, quae est inter Hippocraticas XXIII monuerit: *Omnes homines artem Medicam nosse oportet*, Nihilo tamen minus Cinici Philosophi verba, cum granulo salis sunt, ut dici solet, accipienda, et intelligenda tantum de generalibus quibusdam praesertim diaetetices regulis ad tuendam valetudinem necessariis, quas propterea quilibet homo cognoscere debet, cui propria salus cordi sit, nec non de notitia rerum noxiarum, et simplicium remediorum, quae ad diversos morbos in fortuitis signanter casibus curandos censentur opportuna, cum scilicet desunt omnino Medicici, vel eorum opera con duci confestim, ut necessum esset non potest, id quod in agris, locisque ab Urbibus, sive Oppidis longe dissitis contingere saepe saepius consuevit. Reque vera magnus Medicinae Parens Hippocrates, cujus auctoritas apud nos longe potior est Democritea, profanis artem nostram comunicari vetuit priusquam scientiae sacris fuerint initiati (Hippocratis Lex), quod quidem Oraculum minime pronunciasset, si omnes homines Medicinae mysteriis absolute initiatos, imbutosque voluisset, cunctosque prorsus Medicinae praecepta discere necessario debere censuisset. Atque ita, se rem habere constat luculentissime ex aliis verbis venerandi senis, in principio adlatae nuper ejusdem legis; etenim illis etiam,

qui suo tempore Medicam artem exercebant, et profitebantur, majori ex parte ignorantiae notam inussit : *qui quidem personarum, quae in tragaediis producuntur maxime similes esse videntur. Quemadmodum illi quidem formam, habitum, et personam histrionis referunt, neque tamen histriones sunt, sic et Medici, nomine quidem multi, re ipsa perpauci. Qui enim Medicinae scientiam sibi vere, et apte comparare volet, is horum omnium compos esse debet ut naturam nactus sit, doctrinam, locum studiis aptum, institutionem a puero, industriam et tempus, et seqq.* Haec si vera snnt, prout verissima esse nemo ibit inficias, si tot, tantaeque res requiruntur ad verum Medicum efformandum, qui fieri posset, ut omnes homines callere Medicinam oporteret? Qua ratione agricolae, artifices, servi, aliique hujus furfuris homines, vitae comodis destituti, durisque laboribus jugiter sibi victum quaerere coacti, Medicinae praecepta edoceri possent? Jure igitur, meritoque Medicus Philosophus quasi rara oppido avis, ab Hippocrate Diis aequalis dictus fuit (De Dec. orn.); omnium enim quotquot sunt artium liberalium nobilissima quidem, sed difficillima haec est, ita ut Hippocratem ipsum, ingenue asserere non puduerit. Ego enim ad finem Medicinae non perveni etiamsi senex sim (Epist. XX.)

Quamobrem mirum esse non debet si divinì decreti fueruut honores, et Templa post mortem olim extructa, illis Medicinae coripheis, quibus sorte datum fuit intima invisere Medicinae penetralia, prodigiosas enim fere dixerim, fecerunt curationes morborum, praedictionibusque suis longi temporis studio, longaque experientia comparatis, ita hominum mentes perculerunt, ut quasi Numine ab aliquo afflati viderentur.

Hinc non solum non est audiendus, quin imo uti Eteroclitus condemnandus, et aqua, et igne mea quidem sententia interdicendus auctor anonymus libri, cui titulus: *Le Medecin de soi meme, ou l'art de se conserver la santé par l'instinct*. Lug.

Batav. 1682. in 12. Acta Erud. Lipsiae Tom. II. pag. 188.: nesciens enim, vel immemor differentiarum, quae inter naturam hominis, et brutorum naturam intercedunt, Medicam artem homini superfluam esse affirmare impudenter non dubitavit, quasi homo belluarum instar suis posset mederi morbis solo naturali, compulsus, utensque instinctu, ad opportuna, et necessaria sumenda remedia.

Naturali enim instinctu omnia quidem gaudent animalia, non excepto homine, sed in hoc solus instinctus naturalis sive diversa corporis coagmentatione ac statu, seu societatis vitio, seu abusu potentiarum rationalis animae, seu educationis culpa, vel demum ob pravam vivendi rationem sufficiens plerumque non est ad illa afferenda commoda, quae sunt in brutis animantibus evidentiora Neque hoc humanae machinae vitio vertant quasi Bruta animantia homine essent potiora; nam si olfaciendi vis longe exquisitior est in cane, quam in homine, si homo non scandit arbores ut simia, si non natat ut equus, si non currit ut cervus, animam habet rationalem, cujus respectu, ampliora quaedam brutorum animantium corporea privilegia ad nihilum rediguntur.

Praeterea quamplurimas habemus physicas propemodum incredibiles, mirificasque facultates, quibus animantia bruta maximopere superamus.

His addendum quod brutorum morbis medemur, non secus ac hominum aegritudinibus, et saepe saepius citius quam par est animalia bruta moriuntur (etiamsi instinctu illo adeo decantato polleant) quia intellectum non habent, nec verba proferre queunt. Nec obiiciant cl. Fridericum Hoffmannum opusculum edidisse de Medico sui ipsius, inibi enim agitur de modo sese quadantenus praeservandi a morbis absque Medici ope, quin scilicet semper opus sit ad Sacram Medicinae anchoram confugere praesertim quando levibus afficimur incomodis, quae vel sola diaeta, vel simplicibus aliis auxiliis curantur, id quod quilibet

homo facili negotio assequi potest, si quid omnibus quid sibi conveniat, aut detrimento sit, non ignoret, si corporis sui conditionem, statum, temperamentum noverit, sapientissimum in corporis etiam necessitatibus consilium, *nosce te ipsum*, prae oculis semper habens.

Cum vero in genere ad propriarum etiam aegritudinum curationem, thesim suam protenderit cl. caeteroquin vir, ingenio potius suo, quam veritati ipsum litasse, affirmare non vereor; illud enim axioma, *in causa propria advocatum quaere*, omnium saeculorum vera experientia fuit confirmatum. Caeterum commentitiam esse supradictam Democriti ad Hippocratem epistolam opusque Medici aetate longe posterioris, cum Criticis accuratioribus arbitramur, eo vel magis, quia Democriti aevo Medicina adhuc erat Sacerdotalis, et Asclepiadum familiae quasi dixerim jus patronatus; ad Herculem autem, et Esculapium originem generis sui referebat Hippocrates.

Atque ad hanc rem quod attinet Democriteo dogmati (sed ultra quidem ac par est progressus) quodammodo inhaerens Tiberius Imperator post trigesimum vitae annum, nescio qua confidentia inductus, pulsum Medico non esse amplius porrigendum jactitabat ex eo quod sex exactis vitae humanae lustris, quilibet homo compertum, exploratumque habere debet, quid noceat, quaeque ad morbos curandos auxilia sint adhibenda, quin eidem opus sit Medicinae Professorem in casu necessitatis accersire, quasi unusquisque tunc sui ipsius solus medicus esse potuisset, debuissetque. Referam Taciti verba, Annalium lib. VI. 46. = *Sed gravescente valetudine nihil a libidinibus omittebat in patientia* (*legendum impatientia vult Muretus*) *firmitudinem simulans, solitusque eludere Medicorum artes, atque eos, qui post trigesimum aetatis annum ad internoscenda corpori suo utilia, vel noxia, alicui consilii indigerent* =. Atque huic Taciti loco brevem Lipsii adnotationem legere non pigebit, quae sic ha-

bet = *Tiberianum hoc apophtegma etiam Plutarchus inseruit praeceptis de tuenda valetudine , sed corruptum illud vereor in numero , nom post sexagesimum annum ait , quod noster trigesimum non dubie verius .*

Rescripserim ὑπὲρ τριάκοντα ἔτη, *juvante etiam Svetonio valetudine prosperrima usus est , quamvis a trigesimo aetatis anno , arbitratu eam suo rexerit sine adjumento , consilioque medicorum* ἤκουσα Τιβέριον ποτε Καίσαρα εἰπεῖν, ὡς ἀνὴρ ὑπὲρ ἑξήκοντα γεγονὼς ἔτη καὶ προτείνων ἰατρῳ χεῖρα , καταγέλαστός ἐστιν: Cum vero reliqua etiam Plutarchi verba ad hanc rem pertinentia huc quadrent eadem referre juvabit = *Equidem Tiberium Caesarem aliquando dicentem audivi , ridiculum hominem esse , qui sexagesimum praetergressus annum manum porrigeret Medico ; sed hoc ille mihi dixisse videtur arrogantius .*

Quamquam illud esse verum arbitror convenire ne sui quisque pulsus peculiares rationes ignoret ; singulis enim diversae sunt , neque suae temperaturae sit imperitus , quam calidum , quam siccum habeat corpus , neque quarum rerum usu vel juvari soleat , vel offendi , siquidem ipse sui sensu caret , caecusque ac surdus corpus inhabitat quisquis ista discet ab alio , Medicum percontans , utrum rectius aestate valeat , an hyeme , et utrum humida facilius accipiat quam sicca , et utrum pulsum natura densum habeat , an rarum . Nam ita scire non solum utile est , verum etiam perfacile , quippe qui assidue experiamur , et adsimus . = Verum per singularem arrogantiam ut Plutarcus narrat, vel per jocum , aut per quamdam ut ita dicam animi lasciviam haec dixisse arbitror Tiberium ; Medica enim consilia etsi Medico pulsum explorandum non porrigeret , auscultabat crudelissimus Imperator , id quod ex Tacito colligimus ita loquente de morte Tiberii in suis annalibus circa finem sexti libri = *Erat medicus arte insignis nomine Charicles , non quidem regere valetudines Principis solitus* , consiliis tamen copiam praebere . *Is ve-*

lut propria ad negotia digrediens , et per speciem officii manum complexus pulsum venarum attigit , neque fefellit , nam Tiberius incertum an offensus , tantoque magis iram premens (adeo erat propositi tenax sui , scilicet pulsus explorationem Medicis denegandi) *instaurari epulas jubet , discumbitqne ultra solitum quasi honori abeuntis amici tribueret . Charicles tamen spiritum , nec ultra biduum duraturum Macroni firmavit* = Macro autem deinde longioris Imperatoriae vitae pertaesus vel veneno necavit , vel violento alio mortis genere puta suffocationis adhibito pulvinari vel sibi ipsi absque ullo auxilio effaetum libidinibus , et aetate confectum senem relinquens , e medio sustulit , atque hoc modo Medici praedictionem firmam , ratamque effecit , etiamsi diutius vivere potuisset ; venis enim , ut Celsi verbis utar , maxime credimus fallacissimae rei , quamvis diffitendum non sit mortem prae foribus esse e pulsus exploratione saepe saepius dignosci , etsi se morti proximos esse aegrotantes haud quaquam suspicentur . Tiberiano more se prorsus gessisse videtur Gullielmus utriusque Siciliae Rex , qui uti scriptum reliquit Romualdus Civis Medicus et Archiepiscopus Salernitanus auctor Chronacae a Muratorio publici juris factae , ab eodem accersitus anno 1266. ut se curandum susciperet = *Ad eum veniens circa Pascha , ab ipso honorifice est susceptus , cui multa salutaria Medicinae consilia tribuit , sed ipse sui ingenii auctoritate confisus sibi nonnisi quae ei opportuna videbantur medicamina adhibebat* (24) . *Quante volte hanno i medici il dispiacere di vedere , e di saper questo* (25) *Sed reliqua etiam* hujus Chronicae sunt perlegenda ; finis enim , ut tritum fert Sermone proverbium , coronat opus ; exemplo enim plus homines , quam praeceptis , ac ratiociniis ut ut inconcussis proficiunt = *Unde accidit quod Sabbato ante octa-*

(24) Mur. R. I. S. Tom. VII. pag. 206. D.

(25) Marini degli Archiatri Pontificii Vol. 1. pag. 10. nota B.

vas Paschae hemitritaea illum febris invasit , et invalescente passione mortuus est = hemitritea hoc genus febris , quae endemica olim Romae juxta Galenum , labentibus seculis fere defer-buerat , atque exoleverat ; duobus abhinc annis ita denuo Romae invaluit , ut medicis certe plurimis de eadem re ne cogitantibus quidem multum negotii in curando facesserit , Galenique praesertim inter veteres , Burseriique inter recentiores venerationem adauxerit . Quod autem iste Rex vel superbia callendi medicinam elatus , vel per quamdam sive salutaris artis , sive ejusdem professorum deplorabilem profecto spretum , morbi a quo fuit absumptus principiis non obstaverit , ex ejusdem Historici narratione eruitur sic loquentis = *Rex autem Gullielmus circa quadragesimam fluxu ventris , et molestia coepit affligi , quam passionem cum aliquanto tempore occultasset circa mediam quadragesimam eadem passione crescente credens se moriturum . . . . . sed cum praedicta passio ingravesceret , Rex Gullielmus Romualdum Salernitanum Archiepiscopum , qui in arte erat Medicinae valde peritus ad se vocari praecepit , qui ad eum veniens .* Vide supra. Atqui lethalem occultati perplures , et plures annos morbi exitum vidi ego proxime praeteritis annis , non sine lacrymis quamplnrimis (me enim juvenem , dum ipse adhuc erat Romanae Curiae Praesul , maxima prosequebatur , licet immerentem , benevolentia , quod e mea numquam excidet memoria) in Eminentissimo S. R. E. Cardinali Francisco Zauli Patritio Faventino , qui tantis pollebat in decrepita etiam aetate viribus , adeo sanus apparebat ut immatura morte peremptum eum ausim dicere etsi ad septuagesimum sextum aetatis annum vitam produxerit . Tantus igitur vir maxima semper diligentia urinae vitium , quo laborabat spernens , vel negligens , vel ex suscepta perperam verecundiae idea occultans suis forsitan viribus , quae erant profecto herculeae , et inculpatae vitae conscientia confisus , et quod deterius fuit , ab omni prorsus quam ceteroquin polliceri sibi re-

cte poterat abhorrens medela, longiorem sibi, et invidendam senectam, cui a natura fuerat destinatus, sibi decurtavit. Prostatae proinde tumor scirrosus piri grandioris magnitudinem exaequans, in cadavere fuit adinventus. Fere numquam medicum longo suae vitae curriculo consuluerat, etenim pene semper optima usus fuerat valetudine, nullam sive Medicinae, sive Medicis fidem habebat, et nonnisi necessitate extrema coactus in ultimis suae vitae periodis sivit a me non continuo, sed identidem invisi, non tantum quod Medicus essem, sed quia veteris amicitiae, observantiaeque meae recordabatur. Tantis agitabatur in sumendis remediis dubitationum fluctibus in postremis ipsis vitae suae luctuosissimis diebus, ut ipsum haud dubie dixisses verum Pyrhonistam in Medicina.

Quid autem dicam ad hanc rem de alio S. R. E. Cardinali Syfredo Mauryo Carpenctoratensi, qui breviorem sibi fecit vitam ob rationabile denegatum Medicinae obsequium? Vir hic Eminentissimus Orator apud suos disertissimus, cum gravissimo afficeretur morbo, qui eo erat lethalior, quo minus ipse se aegrotare percipiebat; scorbutica enim labe laborabat, quamobrem omnem respuebat medelam, medicosque omnes longe abesse praeceperat; obedientia demum compnlsus erga benignissimum Dominum nostrum Pium VII. Medicumque in gratiis suis; pro suo tamen bono, si mens non laeva fuisset, vocare coactus, recordatusque mei, qui sexdecim antea annos levissimo Romae implicitum morbo eum curaveram, ad se accersiri jubet. Accurro quantocius, meque jam jam eumdem percontaturum quid morbi haberet, aliaque hujuscemodi in morborum curatione scitu maximopere necessaria, occupat ipse ac se Medico indigere denegat: nihili quippe faciendum morbum quo praemebatur: me accersitum ex Pontificis jussu: de aegrotatione quippe rem esse ex qua Parisiis nunquam advocari Medicorum opera consueverat: haec, aliaque id genus ipse: stupens ego auscultavi; peri-

culum tamen non dissimulo, oro, obtestorque ut necessaria et opportuna adhibeat remedia, secus futurum; ut morbus magis magisque increscerct, et omnia in praeceps ruerent, sed verba miser frustra non proficientia perdo, ut paucis me expediam Medici pertaesus pejora continuo minitantis, soluta eidem mercede, Chirurgo se credidit qui placentia dicens, et bona omnia ominatus, aegrum suum nil tale cogitantem, nil tale metuentem, et ob praeconceptam opinionem monitis, et praeceptis Medicis haud quaquam obtemperantem vidit demum subita vi morbi abreptum, biduo dumtaxat postquam ab eodem discesseram.

Qui vivunt ut volunt, et curantur ut jubent, moriuntur ut debent.

Quantum autem ad vitam producendam, ad bonam conservandam valetudinem, ad morbos praecavendos intersit salutaribus Medicorum monitis parere, Medicum obsequio (creavit enim illum Altissimus). Medicam autem artem reverentia prosequi, nec vestigia sequi insanientium quorumdam scepticorum, qui aspernantur quod ignorant, nescientes artem medicam semper conteptu habitum iri; semper tamen retinendam fore, clare apparebit ex historia quadam ut arbitror singulari si omnes ejusdem partes probe considerentur. Sermo igitur erit de nobilissimo, integerrimoque viro Sacri Collegii ornamento, Eminentissimo scilicet, ac Reverendissimo viro Francisco Caraffa de Trajecto Patritio Neapolitano S. R. E. Protopraesbytero Cardinali amplissimo, qui anno Christi MDCCCXVIII. aetatis LXXXXVII. decessit placidissimo exitu. Hic vir numquam satis laudandus, Medici dicto ita erat obediens, ut nihil supra dici, vel desiderari posset, ajebat quippe se nolle dementis nota interire senex a virtutibus spectatissimus, volebat scilicet post mortem ut omnes certo scirent, vel pro certo haberent se fato extremo cessisse, non aliam ob causam, nisi quod statutum est hominibus semel mori, non quod Medicorum consiliis non paruisset. Ab hac infamiae nota quae a Medicis

saepe saepius iis, qui non amplius loquuntur inuritur, ut propriam vel inscitiam, vel oscitantiam, vel alio modo commissos in curandis morbis errores, caliginosa nocte premant, ita abhorrebat aeterna memoria dignissimus senex, ut nihil ab ineunte aetate sibi antiquius duxerit quam ut Medicorum praecepta attentis auribus auscultaret eorumdemque praescriptiones ad unguem exequeretur. Errores Medicorum terra tegit. Rationabili hac praeditus fiducia erga Medicinam, medicosque obsequentia, instituta-que singulis fere mensibus praesertim in provecta, decrepitaque aetate sanguinis missione e brachii vena ad libram unam, cui in flore juventae paulatim assueverat, plethore enim erat summopere obnoxius, prosperam ut plurimum ad nonagesimum septimum aetatis annum non completum vitam produxit, longius duraturus nisi prorsus ossea facta aorta quatuor digitorum spatio a suo e corde exitu, sanguinis cursum intercepisset, id quod ex cadaveris sectione, omnibus palam fuit: magna enim isthaec arteria digitis Chirurgi disrnpta, eumdem prorsus edidit crepitum quem ossa si disrumpantur, edere consueverunt. Cumque ab abditis nonnullis, ac mirandis morborum, et sanationum causis in lucem prolatis plurimum juventur Medicinae tyrones, et Medicinae gloria splendidior magis, magisque efficiatur, operae praetium me facturum putavi, si historiam morbi, quo aliquando Mecenas hic meus laboravit in medium afferrem. Vir igitur Eminentissimus me utebatur Medico, cum ob notissimas, luctuosissimasque nostrorum temporum vicissitudines octuagesimum septimum aetatis agens annum, ac propterea senio confectus, nulla habita decrepitae, venerandaeque senectutis ratione Romae egredi coactus, et exilio multatus, Interamnam vetustissimam Umbriae Civitatem, concessit. Inibi consistens paulo post aegrotare incoepit, mittitur sanguis a primo, eodemque peritissimo Civitatis Medico ad aliquot uncias absque ullo levamine, absque ulla symptomatum imminutione. Morbus interea amplior fit, in-

tumescunt praetermodum crura, femora, pedes, tumet facies, inflantur manus, aedematosus tumor externam omnem corporis superficiem occupat, tantaque oboritur respirandi difficultas, ut impossibilis omnino sit in lecto decubitus, etiam erecta cervice, et nonnisi sedendo, aegre tamen spiritum ducere aeger possit. Ad haec accedunt orthopnaea frequens, pressionis, atque angustiae sensus in anteriore pectoris parte, pondus cor praegravans, et constringens, omnimoda urinae suppressio, ut paucis me expediam, ita increvit morbus, ut praeter anasarcam, hydropis pulmonum, pectoris, et pericardii non adumbrata, sed expressa signa haberentur. His ita se habentibus, vesicantia provido sane consilio diversis partibus applicantur, sed ne hilum quidem prosunt, mitiora primum, deinde efficaciora ad urinas promovendas remedia adhibentur, sed perperam actuosissima quaeque medicamenta in usum vocantur repugnante natura; ingravescente igitur magis magisque morbo, quamvis jam jam moriturus videretur, nihilominus qui Cardinali erat a scribendis litteris, heri sui amantissimus eidem auctor fuit, ut me quantocius ad se venire juberet, non quod ulla salutis spes superesset, sed quia probe noverat Cardinalis in me amorem fiduciamque jam pluries benigne commonstratam, desideriumque quo flagrabat me videndi etsi obtinere hoc se posse, turbulentis illis diebus desperaret; Nihilo tamen secius vix accepto nuntio, citatis equis absque cunctatione Interamnam peto, et cognitae temperiei innixus fundamento, explorato prius accuratissime pulsuum statu, quantaque potui diligentia symptomatum syndrome probe perpensa illico e vena brachii largiter sanguinem mittendum praecepi. Horrent hac audita praeceptione adsistentes omnes, non excepto ipso etiam praestantissimo Protopolyatro, quasi remedium proposuissem ad mortem accelerandam aptissimum, et ad eum tantum finem excogitatum, ut tot tantisque erumnis aegrotum nostrum quantocius liberarem; verebantur enim futurum ut una, eademque via sanguisque, animusque seque-

rentur, cum mors prae foribus esse videretur. Absit verbo invidia, tunc non trepidavi; nunc vero horret animus quoties hujus facti recordor quamvis res e sententia successerit. Juvat attamen operis bene acti recordatio ut semper verum sit Virgilianum illud = *audaces fortuna juvat, timidosque repellit* = quod in re Medica confirmatur gravissima Celsi auctoritate dicentis = *Quos ratio non restituit, temeritas adjuvat* = Ast fatebor ingeuue: incredibilem pene hanc sanationem acceptam refero praesentissimo Dei, Deiparaeque Virginis auxilio, non ingenii mei viribus attribuo, quod probe novi quam sit exiguum. Reque vera instituta larga sanguinis missione, venerandus senex momento fere dixerim temporis feliciter revixit, atque paucorum dierum spatio large profluentibus urinis ita convaluit, ut potuerit Interamna discedere (sic enim fata ferebant) et Bodiodunum secedere, quae Civitas in Picentibus est satis locuplex. Commoratus ibidem est Cardinalis donec re publica feliciter restituta laetiores dies illuxerunt, liberumque Romam regredi eidem fuit: Extra limites propositi mei egressus sum, non solum ut Medicam cum publico comunicarem historiam morbi, cujus sanationem licet insperatam; remedio tamen, humaniter loquendo, acceptam referre debemus, quod minus opportunum, imo exitiale quodammodo videbatur, sed etiam ut memoriam recolerem summi viri, qui me amico, et Medico usque ad extremum vitae diem perhumaniter usus est, qui me ut filium adamabat, honoribus beneficiisque certe plurimis honestavit. Quamobrem illius imago semper menti meae praesens erit, uti in benedictione semper erit ejus memoria penes Ferrarienses, quorum Provinciam Apostolicae Sedis Legatus per novem annos nitide, et in exemplum moderatus est, cujus providentia grandior ibidem prolata commeatibus via, legesque ad incrementa artium bonarum, et ad sumptus publicos minuendos sapienter constitutae. Demum silentio praeterire nullo modo possum, quod haec historia, ni mea me fal-

lit opinio, insigne pondus addit opinioni cl. Frider. Hoffmanni qui disertationem publici juris fecit, cui titulus = *De magno venae sectionis ad vitam sanam, longamque remedio*. (Opuscula Physica varia pag. 541.)

NOTA II.

Victor III. qui Pontifex renunciatus est anno salutis humanae 1176., Cassinatium Abbas fuit e splendidissima, et sanctissima Benedicti patris familia, quam de re et sacra, et literaria, et publica, plus semper meritam fuisse quam verbis enarrari possit, monumenta omnis generis, omnisque aetatis illustria luculentissime testantur. Sit quidem laudis loco praecipuae prodiisse ex ea SS. D. N. PIUM VII. quem vere Populi Christiani Solatorem, invictumque Religionis, ac jurium sacrorum defensorem emulatum memoranda decessorum exempla sanctitate vitae morum suavitate, animi fortitudine auctorem dicimus felicitatis publicae. Hunc Deus Patrem Orbis quem post teterrima temporum discrimina salvum, incolumemque ad nos restituit volens propitius servet, ac sospitet, quo rem Christianam fauste, feliciter, prospere gerat, novosque Catholicae veritatis triumphos sua cum primis virtute comparatos gratuletur.

NOTA III.

Sed perperam, nam vel Victor III. fuit utriusque artis peritissimus, vel duplex isthaec laus alterius est, prout in posterum demonstratum iri confido. Et quoad hunc Pontificem loquens celeberrimus Tiraboschius (Storia della letteratura Italiana. Tom. III. pag.348.) de quodam Costantino Monaco Cassinensi viro in Medicina doctissimo qui idcirco alter sui temporis Hippocrates appellatus fuit subdit (pag. 349, e 50.) *Mi sia quì lecito di*

rilevare un troppo notabile errore commesso da M. Portal nel parlare di Costantino perciocchè egli dopo avere parlato non molto esattamente della vita di questo monaco così conchiude . (Histoire de l' Anatomie Tom. I. pag. 170.) *Alcuni Autori dicono che ne fu tratto* (dal Monastero) *per esser fatto Papa sotto il nome di Vittore III. Come mai al giorno d' oggi si possono scriver tali cose ? Di un Papa dell' undecimo secolo può egli rimaner dubbio chi fosse ? E vi è forse direi quasi fanciullo alcuno , che non sappia che il Papa Vittore III. fu l' Abbate Desiderio di Mon-Casino ?*

NOTA IV.

Lectu dignissima ad hanc rem , nec non curiosa , si vera dixit ; narratio est Clementis Alexandrini , quae ita se habet = *Jam vero Musas , quas Aleander dicit esse Jovis , et Mnemosynis filias , reliquique etiam poetae , et scriptores Deorum honoribus afficiunt , et totae Civitates extructis de nomine ipsarum Museis colunt , cum ancillae essent , mercata est Megaclo Macaris filia . Is autem Macar cum Rex esset Lesbiorum , cum uxore assiduas lites exercebat , Matris vicem vehementer dolebat Megaclo : quid non factura erat ? Itaque has ancillas totidem numero mercata Aeolica dialecto Mysas vocat . Has docuit vetera facta canere , et numerose ad citharam modulari . Illae vero cum assidue cithara laudarent , et dulciter accinerent , Macara permulcebant , ejusque iram sedabant . Cujus in memoriam beneficii Megaclo , ut pro matre gratias referret , illis statuas ex aere consecravit , et per omnia templa honore habere jussit .* Et sunt quidem Musae hujusmodi (Opera quae extant tom. 1. pag. 27 , cohortatio ad Gentes , Oxonii 1715.) Non impedies Musicam . Ecclesiast. c. 32. Hinc poetice cecinit apposite Soldani .

Apollo Dio dell' Armonia, l' onore
D' esser valente in Medicina ambisce,
Ma per gli orecchi sana ogni malore:
Vo dir, che dà ancor egli a chi languisce
Come i Medici fan delle canzone
Sebben cantando i suoi infermi guarisce.

NOTA V.

Neque socordis, neque stolidi, neque inverecundi ingenii labe notatus fuit hic Pontifex a quamplurimis Auctoribus, qui Platinam longa aetate praecesserunt et vitas Romanor. Pontif. scripsere, sicuti videre est speciatim in Tom. III. part.2. R. I. S. Cl. Murat. ex Almerico Augerio pag. 425, ubi haec de Joanne nostro leguntur, a quibus ad litteram sua verba excripsit Platina injustas de more suas addens coutumelias, quas super innuimus. = *Item quod ipse Joannes ante suam promotionem Magister Petrus Juliani Cardinalis vocabatur, et Episcopus Tusculanus, qui quidem in diversis scientiis famosus fuit, et subtilis in tantum, quod propter suum ingenium, et subtilitatem, ac summam scientiam erat multum imaginativus. Propter quod industria naturali carere ipse videbatur. Item quod quamvis iste Joannes Papa talis omnibus videretur, tamen aliis ipse quamplurimum in multis summarie fuit laudabilis, et virtuosus, nam tam pauperibus, quam divitibus communem se exhibebat, et Clericos litteraram studiosos favebat. Item quod cum summo tempore crederet vivere, et sic coram omnibus hoc quotidie diceret, subita etc. etc.* Nec obiiciant stoliditatem quamdam prae se tulisse Joannem nostrum memoriae mandasse Bernardum Guidonem, qui hujus Pontificis vitam laconico stilo exaravit. Mur. R. I. S. Tom. III. par. 1. pag. 606. (et vide in nota aliquantisper variantem lectionem); Hujus enim auctoris verba ad summum referuntur ad defectum dexteritatis in

humanis gerendis negotiis ad peculiares mores Lusitanos cum Italicis parum congruentes, ad puerilitates quasdam, aliasque hujus generis ineptias nihili faciendas, quod vitium eidem (data, et non concessa historicorum fide) cum doctis quamplurimis Principibus quandoque comune fuit de regenda, gubernandaque Republica parum sollicitis, et ad eamdem moderandam interdum parum idoneis, utpote qui distracti continuo litterariis meditationibus quibus assueverant, vel gubernandi ea qua decet ratione regulas non didicerunt, vel imperandi genio carent. Quamobrem aequo jure per ora omnium volitat illud axioma = *Doctus doceat, Sanctus oret pro nobis, prudens regat nos. Sed hoc nescio quo pacto compertum est, ut viri quidam admodum litterati, ad res gerendas parum idonei videantur. Nescio quo pacto dixi cum mirum potius omnibus videri debeat, ut qui contemplatione delectatur, idem etiam rebus terrenis animum applicet* = (*Platina pag.* 179.) Atqui ut me vera dixisse scias exemplo inter caeteros sit Innocentius XII. Pignattellius Patritius Neapolitanus, qui licet summa doctrinae laude haud floreret, tanta tamen prudentia dexteritate, virtute Pontificatum gessit, ut nemini decessorum concesserit in re Christiana gerenda atque in Pontificia ditione moderanda =

Et redeundo ad nostrum Joannem et illud etiam est sedulo animadvertendum non absolute stolidum fuisse, eumdem dixisse Bernardum Guidonem secus ac scripsit Platina cum reliquis epithetis socordis, stolidi, atque inverecundi ingenii. *Hic Joannes Papa in diversis scientiis famosus primo Tusculanus Episcopus, deinde Romanus Pontifex scientiarum florem, et Pontificalem dignitatem morum quadam stoliditate deformabat adeo ut carere naturali industria videretur. In hoc tamen quam plurimum laudabilis fuit quod se tam pauperibus, quam divitibus comunem exhibens, multos egentes litterarum studium, et scientiam amplectentes fovit, et in beneficiis ecclesiasticis pro-*

movit . Et cum sibi vitae spatium in plures annos extendi crederet subito cum camera nova , quam pro se Viterbii circa Palatium fieri fecerat solus corruit . Quem insuper praeterit Astrologiae , judiciariae nefandum , gravissimumque seculo praesertim XIII , et XIV. in Medicinam imperium ? Petri de Abano , Arnaldi Villanovani opera , ut caeteros silentio praetercam parumper evolvantur , et liquido dignoscetur illico quis esset per haec tempora Medicinae status , quae miseranda profecto conditio , quis spiritus Medicorum fuerit , quae absurdissi mae opiniones in scholis invaluerint , profundasque radices jecerint , ducibus ignorantia , malitia , errore , superbia , demum novarum rerum cupiditate , fanaticisque artis Medicae Magistris e suis cathedris hujusmodi doctrinas pro inconcussis dogmatibus venditantibus . Quamobrem jure merito Ecclesiastica lege cautum est ne quis sub poena excomunicationis , hujusmodi libros legere audeat absque necessaria , opportunaque prius impetrata , et obtenta licentia . Quae autem incesserit libido casus humanos omnes ex siderum influxu repetendi ex hoc etiam clarum est , quod aureo ipso ineunte seculo XVI non defuit , qui celticam luem a quarumdam plantarum conjunctione derivare non dubitavit . Risum teneatis amici . Astrologiae autem peritissimus etiam fuit hic Pontifex quamobrem nil mirum si sui seculi , quae torrentis instar homines secum rapiunt , vulgatis , receptisque indulgens doctrinis , submittensque animum ex peculiaribus astrorum positionibus conjunctionibusque signanter nativitatis momento longam sibi vitam pollicebatur = *E' da notarsi dice Brandano Op. cit. che si prometteva molti anni di vita persuaso della scienza Astrologica di cui ancora era molto istruito* = Ast Brandanum in hoc ferendo judicio praecessit Joannes Trithemius Spanheimensis Annalium Hirsaugensium Tom.II. pag. 31. = *Post hunc Petrus Hispanus Portugalliae natus ex Medico , Episcopus Tusculanus , et Cardinalis , fit Papa nomine Joannis XXI., et praefuit mensibus octo , homo doctus , et erudi-*

tionis multae prudentior Medicus quam Papa, qui nihil operibus Pontifice summo dignum ostendisse perhibetur in aliquo. Coeco Astrologorum judicio deceptus vitam sibi pollicebatur in plurimos annos, de quo saepe jactabundus cum apud suos gloriaretur familiares quam esset futurorum ignarus evidenter ostendit. Nam octavo Pontificatus sui mense cum Viterbii sederet, in aula magnifica ludens ad tabulam essetque jucundus, et promissione longioris vitae superbus, subito ipsa domus corruit, et Pontificem miserabiliter oppressit, qui tandem plusquam semimortuus inventus, et extractus sexto post die futura nesciens decessit =. Scripsit adhuc Medicus . . . . . et pag. 32. addit. = *Eodem anno Joannes Papa XXI., qui sibi (ut paulo superius dictum est) longos sibi vitae promiserat annos, dum ludens Viterbii magnifica resideret in aula, domicilium subito cecidit, et eum cum familiaribus oppressit.*

Quod autem respicet praejudicatam, obcaecatamque nostri Joannis mentem ab Astrologiae judiciariae doctrinis, quae fides habenda sit Trithemio, et Brandano auctoribus, quorum primus plusquam duobus; alter autem plusquam tribus seculis post obitum tanti Pontificis floruerunt, eoque vel magis cum altum sit de hac decantata Joannis nostri Astrologica phrenesi, silentium non solum apud Platinam, sed speciatim apud Bernardum Guidonem hujus Papae coaevum, et Amalricum Augerium, aliorum esto judicium. Te miror praesertim, Trithemi, tibique fidem prestare nec volo, nec possum, tum quia diverso licet eloquio, satyram potius, quam vitam nostri hujus Pontificis Platinam imitando conscripsisti, tum etiam quod ludentem ad tabulam, vel magnifica residentem in Aula Viterbii oppressum cum familiaribus dicis, quando ipsum solum una voce cum camera corruisse ex Bernardo Guidone, et Amalrico Augerio historicis Joanni aetate longe proximioribus colligitur. Ast si Joannem hunc nostrum ab ingenii tarditate, et rerum imperitia taxant Platina, Garimbertus, Bartholomeus Lucen-

sis , ab hac infamiae nota eumdem fortiter , et feliciter vindicavit plurimis , iisque validissimis ex historia Ecclesiastica depromptis , et in medium adductis argumentis supra laudatus De Macedo in Oper. cit. penes quem elenchus etiam habetur auctorum , qui illius vitae historiam memoriae tradiderunt .

Verumtamen quod respicit hujus Pontificis vitam , vos monitos volo me nullo pacto , et maxima licet adhibita diligentia sub oculos habere potuisse notitias biographicas Joannis XXI. publici juris factas a clarissimo Koehler frustra quaesitas in omnibus tam publicis , quam privatis Romae Bibliothecis , tum etiam celeberrimi Astruc . *Memoires pour servir à l'Histoire de la faculté de Mompelier Paris* 1760. *pag.* 4. nec non Ill. Hambergeri opus = *Cenni intorno ai più insigni Scrittori part. IV. pag.* 440. = Quod si hos libros prae manibus habere mihi datum fuisset alia plura , eaque locupletiora quoad medicam hujus Pontificis scientiam monumenta protulissem . Denique ut finem tandem huic capiti imponam sedulo est animadvertendum non solum suspectam ; sed etiam mendacem esse auctoritatem quorumdam Historicorum , qui famosi fuerunt , et pro fidelibus habiti non aliam ob causam , nisi quod pleno ore injurias probrosiores contra Sanctissimos , doctissimosque viros audacter evomuerunt , id quod perspicuum erit ex iis pluribus quae ab historicis fide indignis de Joanne Lusitano Pontifice fuerunt evulgata . Jam vero Amalricus , Augerius , et Bernardus Guidonis scriptum tantum reliquerunt , quod industria naturali carère ipse videbatur . Quod scientiarum florem , et Pontificalem dignitatem , morum quadam stoliditate deformabat adeo ut carere naturali industria videretur . Duobus exactis seculis Platina , et Trithemius haud ullo innixi fundamento nostrum Pontificem majoribus onerant pro lubitu contumeliis , ac demum post centum annos egregius Platinae , et Trithemii emulus summe mordax Garimbertius omnibus aliis in male dicendo palmam praeripuit quin ullum proferat novum monumentum haec per sum-

mam injuriam de eo Pontifice asserens *Cap. V. della viltà di animo , e leggerezza pag. 494. op. cit. Occorre molte volte , che gli uomini pieni di Dottrina sono vuoti di giudizio nelle azioni del Mondo , il che mi riduce a memoria il motto acuto di un vomo valoroso , che volendo biasimare il detto di un' altro di poca valuta , disse , che colui aveva detta una sciocchezza , che non la direbbe un Dottor di Leggi , e per avventura avrebbe detto il medesimo di un Dottor di Medicina ancora quando fosse stato informato della vita di Papa Giovanni XXII. Portughese , che fu Medico , se non quanto alla prattica , almeno quanto alla teorica avendo scritto in cotal arte , siccome scrisse ancora in qualche altra scienza , medianti le quali riusciva eziandio assai eloquente ; ma come quello , che aveva tutto il suo giudizio sulla punta della penna , e della lingua , nell' operazioni poi riuscì uno sciocco , un da poco , e vile ; come allora quando promise al Popolo di Ancona tributario della Chiesa di voler difenderlo contro de' Veneziani non solamente lasciò assediarlo da loro , ma ancora che come disperato della salute fosse astretto di far eruzione rompendo l'esercito Veneziano per buona fortuna sua , e non per consiglio del Papa vile , e pazzo , il quale sigillò la sua pazzia con la stravaganza del pazzo fine ch' ei fece nel Palazzo di Viterbo dove da una camera nuova edificata da lui , che una notte li cadde addosso , fu seppellito vivo , ed essendo estratto dalla rovina poco meno , che morto , tutto acciaccato , e rotto se ne morì poco di poi con poco dispiacere ancora , e manco meraviglia delle genti , che quantunque il caso fosse straordinario , fu nondimeno fabbricato dalla sua pazzia , più che dalla sua mala sorte ; il che fa , che io nol comprendo con gli altri nel capitolo de' varj accidenti della fortuna .*

Ast praeter quam quod notissima omnibus sunt Garimbertii mendacia quamobrem vetitum fuit ne altera pars sui operis typis excuderetur supra laudatus de Macedo Joannis XXI. strenuis-

mum sese exhibuit defensorem, penes quem ne verbum quidem fit de Astrologica haeresi Joannis XXI, quamobrem summopere mentitur: *Dominus Lequien de la Neufville* (*Histoire générale de Portugal Tome premier a Paris pag.* 148. 149. (quando hac super re testem adhibet. Lusitaniam Purpuratam, et infulatam inquiens = *Au reste on étoit fort partagé sur le caractére et sur le merite de ce Pape. Les uns lui attribuent plusieurs ouvrages touchant la Philosophie, que de son tems, on a donné au public. Les autres au contraire soutiennent qu' il avoit trop d'insufficence pour traiter de semblables matiéres, et ils disent, que s'il eut été capable de produire quelque chose, ce n'eut été que pour l'Astrologie judiciaire, à la quelle il donnoit toute son application. Ils ajoutent qu'il n'étoit occupé que des moyens de vivre long tems, et que pour en venir au bout, il cultivoit la connoissance qu'il avoit des rémédes humains, et de sa pretendue science d'astrologie. Cela est si vrai, qu' il tira lui même sa figure et qu'il se precautionna contre les accidens dont il croyait être ménacé, mais sans doute qu'il se trompa dans le calcul, qu'il fit; car il n'avait pas prevu qu'il seroit enseveli sous les ruines de son appartement dans son Palais a Viterbe, ou il mourut en* 1277.

NOTA VI.

Imo juxta conjecturam illustris totius jam laudati Cajetani Marini Op. cit. pag. 17. 18. Archiatrorum catalogo esset forsitan inserendus, agens enim = *Di Giovanni Ispano, che fu Medico, e Cappellano di Onorio III, e di Gregorio IX. successivamente, e poscia Vescovo di Lisbona* = subdit = *Aggiungo, che nel Marzo* 1239 *aveva Giovanni per suo famigliare non so qual Mastro Pietro Canonico di Leon* (26): *sarebbe egli mai questo quel*

(26) Greg. IX. A. XIII. ep. 15.

Mastro Pietro Ispano (27) ? o *Spano* (28), *Decano anch' esso, e Maetro delle Scuole di Lisbona, Arcidiacono Bracarese* (29), *ed insigne Medico, il quale vivendo con molto credito nella Corte di Roma, fu poi Cardinale, e Papa nel* 1276. *col nome di Giovanni XXI. Il Mangeti gli ha dato luogo nella sua biblioteca* (*Tom.XXI.Part.II. pag.*711. *V. lo Schenchio Bibl.jatr. pag.*447.) *ma non ha ricordate tutte le opere Mediche, che fece, le quali però possono vedersi nel Ciacconio, e nelle Biblioteche del Jacob, del Fabricio, e di Niccolò Antonio, ed ultimamente in quella della* Medicina prattica *dell' eruditissimo Aller* (*Tom. I. pag.* 435. *Not. ad Method. Studii Med. Boher. pag.* 840.) *il quale lo nomina anche Archiatro Pontificio.* (*Bibl.Botan.Tom.I. pag.*225. *Tom. II. pag.* 660.); *e forse che lo fu veramente con Gregorio X. quantunque per asserirlo io non sapessi ora recare in mezzo che le sole divinazioni.*

NOTA VII.

Titulus studii in me suavissimi plenus a V. C. Marinio perofficiose, et peramanter potius quam ad veritatem inscriptus.

Auctor J. B. Bomba
Clariss. Urbis Archiatro
Pignus nuperrimae Amicitiae
Grato animo Dat.

(27) Nella Storia di Linguadoca del Vaisette Tom. III. Preu. pag. 409., si parla di un Maestro Lupo Ispano che nel 1242. era Reggente dello studio di Medicina in Tolosa.

(28) Così si chiama nella versione Italica dell' opera intitolata Thesaurus Pauperum, che non ha data ne' di luogo, ne' di tempo, fatta però nel secolo XV. V. Mitarelli Append. al Catal. Bibl. S. Mich. Venetiar. pag.361. Morelli. Cod. Ital. Bibliot. Nan. p. 60. 62.

(29) Reg.Alex.IV. ann. VI. ep.118. et. Urb. IV. ann. I. tom. I. ep. 43. a. III. tom. III. ep. 494., 495. Tom. IV. ep. 81. 1413. 1474.

NOTA VIII.

S. Eusebio Greco, *Medico*, o figliuolo di Medico, Giuseppe de Novaes (Elementi della Storia de' Sommi Pontefici Tom. 1. pag. 116.) Sic eruditissimus Abbas Cancellieri ait = *Il Greco Pontefice S. Eusebio vogliono molti scrittori, che fosse Medico, o almeno figliuolo di Medico*. De eo ita Ciacconius, seu potius Oldoinius (tom. 1. pag. 207.) S. Eusebius parentis vestigia sequutus Medicinae operam dedit in eaque multum profecit.

NOTA IX.

Quamobrem aequo jure celeberrimus vir, meique amicissimus Abbas Franciscus Cancellieri (*Memorie di S. Medico Martire, e Cittadino di Otricoli pag.* 37.) quem honoris causa nomino, quemque lethali fere absumptum morbo ex Orci faucibus quondam eripuisse, maxima cum Reipublicae litterariae utilitate laetus recordor. Joannem Panelli corripuit, qui Bonifacium IV. Pontificem Medicorum seriei accensuit; Medici enim filium in Bonifacio IV. agnoscere solummodo debuerat. Op. cit. Attamen auctorem Bonifacium facit Beda inter coeteros libri unius de arte Chimica (Oldoini Athenaeum Romanum pag. 146.). De arte autem Chimica librum extasse olim dicitur in Anglia in Archiviis Collegii Caij. M. S. prout testatur idem Oldoinus apud Ciacconium tom. 1. pag. 429.

NOTA X.

Cum nec Anastasius Bibliothecarius nec Amalricus Augerius scriptum reliquerint Medici filium fuisse Leonem Papam hujus nomini II. qua confidentia inducti contrariam tueri opinionem potue-

rint Budrius, Panelli , et quod magis mirère de Novaes plane non video . Negat certe, cujus auctoritatem quam plurimi facio, modo laudatus Abbas Franciscus Cancellieri . op. cit.

NOTA XI.

At Medicina sic est de numero disciplinarum liberalium , ut politia , splendore , jucunditate nulla sit inferior : porro mercedem abunde magnam addit sui studiosis , nempe corporis salubritatem , ac prosperam valetudinem . Plutarchus de tuenda bona valetudine =

Illis scilicet, qui sedulam eidem operam navantes nocturna, diurnaque manu graeca praesertim Medicinae exemplaria versarunt . Vae etenim nobis si omnes homines ad medicinae gloriam aspirarent , altera Turris Babilonicae haec esset confusio , et cui credendum cui fidendum nesciremus , ut nihil dicam de innumerabilibus , iisdemque gravissimis , quae praesertim exorirentur malis , si paucis , leviusculis , iisdemque jejunis instructi rudimentis physicis , moralibusque , mortalium mideri miseriis , medicosque agere omnes homines conarentur . Atqui hoc maximo cum salutis humanae detrimento saepissime usuvenire maximopere dolemus , per , compita enim , vicos , fora , et aegrotantium domos oberrant quidam Medicinae fuci , qui cum legerint tantum , sed non perpenderint Buchanii Medicinam domesticam , et Tissotii *Avis au Peuple* , auctores inquam legerint , qui vulgarem reddiderunt , et contra Hippocratis legem sacram Medicinae artem , qua nulla est difficilior , profanis communicarunt , jam se veteranos Medicos existimant , illisque etiam succensere audent Medicinae Professoribus qui totam vitam legendo , medendoque , impenderunt. Hoc autem hominum genus cum nihil intelligat , opportunis insuper , necessariisque studiis , notionibusque destituatur , propriam , aliorumque sanitatem ultra quam dici possit pes-

sundat, et quod deterius est plurimum facessit negotii in curando, ut ut Doctissimis Medicis ; vesparum enim, vel culicum instar ad aures aegrotantium, et Medicorum, vel palam, vel secrete insusurrantes, illis consilia dant, horum praeceptiones carpunt, et omnia miscendo et de Medicorum peritia tamquam ex tripode Delphico dijudicantes, hos condemnant, illos probant, ridicula plerumque impudenter proponunt, remedia frementibus saepenumero in corde Medicis qui molestam horum insectorum arrogantiam, patienter tolerare coguntur, praeterquam quod dolendum quam maxime est imminui hoc modo adeo utilem, necessariamque aegrorum erga Medicinam, Medicosque fiduciam ad salutarem morborum exitum obtinendum. Hanc societatis pestem e medio tollendam igneque et aqua interdicendam esse arbitramur.

NOTA XII.

Hujuscemodi numquam satis laudandae admirandaeque Philantropiae et humilitatis exemplar fuit Alamannus Salviatus e vetustissima et praeclarissima familia Florentiae natus die 22. Martii anni 1669, et in sacrum Purpuratorum Patrum Collegium cooptatus a Pontifice Benedicto XIII. de quo sequens legitur nobilissimum profecto elogium penes cl. Guarnacci *Vitae et res gestae Pontificum Romanorum et S. R. E. Cardinalium Tom. II. pag.*562. *In egenos effusissimus erat. Tanta in eos flagrabat caritate, et misericordia ut ejus Medico Joanni Rossi praeceperit ne a quopiam paupere mercedem reciperet, eorumque aes alienum hoc mercedis nomine contractum in se suscepit, familiaribus aegrotantibus inserviebat hoc saepe dictitans mutua esse hominum officia, ut famuli si valeant dominis ministrent, vicissim vero subvenientur ipsi, si morbo correpti sint.* Sic Regia Celsitudo Henrici Cardinalis S. R. E. Vice Cancellarii Ducis Eboracensis nuncupati cui pro singulari sua erga me humanitate meam qualem-

cumque operam postremis vitae suae annis probavi , Medicum donec vixit stipendio conduxit qui infantes , pueros , puellasque in sua Sancti Laurentii in Damaso paroecia degentes gratis curaret opportunis insuper aere proprio iisdem suppeditatis medicaminibus .

NOTA XIII.

Parentes ejus fuere Bartholomaeus professione medicus ex nobili Pisana Parentucellorum familia , si Manetto fides ; et mater Andreola , patria Sarzanensis , non obscuri generis foemina , ut idem tradit . Bartholomaeus Facius Sarzanae , patre medico honesto , ac probo viro eum natum docet . Contra vero Platina modicis parentibus utpote matre Andreola , patre Bartholomaeo Physico , idest medico , Nicolaum Pontificem ortum esse litteris tradit , sed virtute , doctrina , comitate , gratia , liberalitate , magnificentia tanto Pontificatu dignum ; non deesse tamen qui scribant , eum Pisis natum , Lucae educatum , Bononiae litteras , et bonas artes didicisse .

Volaterranus Nicolaum , quem arte Medicum facit , humili loco natum esse monet . (Dominicus Georgi in vita Nicolai V. pag. 11. 12.) Garimbertius pluribus in locis supra cit. operis Nicolaum V. natum Sarzanae *di povero padre Medico* confidenter nimis affirmavit . Haec autem scripto tradidit Tiraquellus = *Nicolaus vir omni laude dignissimus qui arte , et professione Medicus fuit omnium scriptorum ejus tempestatis testimonio . De Nobil. cap. XXXI.*

APPENDIX

Ad Pag. 6. *lin.* 1, *et* 2.

Ejusmodi decretum instauratum fuit in Concilio Turonensi anno 1163. sub Alexandro III., in quo item Regularibus Ecclesiastica lege vetitum fuit, ne Medicinae, legumque scholas haberent; quae quidem interdicta scite quidem prudenterque in aliis quoque Conciliis fuerunt iterum iterumque confirmata. Verum Lateranensis, Turonensis, aliorumque Conciliorum decreta ad hanc rem pertinentia non feriunt, nisi Clericos artis salutaris exercitio ob saecularia desideria abutentes. Etenim de reliquo ars medica est scitu maximopere necessaria, et perquam utilis illis praesertim, qui de animarum salute solliciti, sponte, alacriter, lubenterque periculosissimas peregrinationes, et itinera suscipiunt in longinquas Regiones propter fidei propagationem apud barbaras Gentes Medicinae Professoribus omnino destitutas, quibus hoc modo a sacris his Christi vineae cultoribus una simul Evangelii lux, et mentis corporisque salus affertur. Praeterea nemo est, qui non videat, quantae utilitatis, sit, Parochos, ac Ecclesiae Presbyteros sive Regulares, sive Saeculares Medicinae praeceptis instructos habere, praesertim ubicumque vel medicorum copia desideratur, aut difficulter possunt ipsi, vel ob paupertatem Incolarum, vel distantiarum causa accersiri.

Sermonem nunc (ait Benedictus XIV. de Syn. Dioec. l. 13. c. 10. §. 7.) *convertentes ad eos, qui quam antea exercuerant, medicam*

artem, etiam post susceptos ordines profiteri volunt, praemittendum ducimus, juxta veterem Ecclesiae disciplinam, vetitam haud fuisse artis Medicae exercitationem iis qui in sacris ordinibus constituti essent. Salutat vos Lucas Medicus: *legitur in epist. ad Coloss. c. 4. vers. 14. Sanior, ac receptior opinio vult, ibi ab Apostolo designari S. Lucam Evangelistam, huncque egisse Medicum, etiam postquam ad Sacerdotalem gradum conscenderat. In vita S. Juvenalis Narniensis Episcopi, apud Bollandistas, dicitur ille ex Africa Romam accessisse* Presbyter, arte Medicus. *Testatur Rufinus lib. 10. cap. 30. S. Eusebium Episcopum Vercellen. post Alexandrinum Concilium, Orientem, atque Italiam peragrasse, quo in itinere* Medici pariter, et Sacerdotis fungebatur officio. *Ad veterum hunc morem eo magis comprobandum eruditi viri utuntur quoque binis Theodoreti epistolis, quarum altera, est 114., altera 115. ad Apellam, quibus commendatur* Petrus *Sacerdos, qui hanc artem, medicam scilicet,* cum ratione tractat, et hanc morbus exornat. *Denique inter Edessenae Ecclesiae Clericos, qui decimae actioni Calcedonensis Concilii in causa Ibae subscripserunt, alter sic subscriptus legitur.* Sabas Diaconus, qui dicor Medicus. *Verum quia subinde Ecclesia, justis ac urgentibus de causis, interdicendum censuit Monachis, et Majorum ordinum Clericis, medicae artis exercitium, uti videre est canone VI. Concilii Remensis habiti sub Innocentio II. anno 1131, et canone IX. Concilii Lateranensis, eodem sedente Pontifice celebrati anno 1139. in collectione Labbeana Tom. X. col. 984., et col. 1904, haecque disciplina constabilita fuit ab Alexandro III. in Cap.* Non Magnopere, *et ab Honorio III. in Cap.* Super specula. Ne Clerici, vel Monachi, *ac denique protracta, et ampliata fuit ad Clericos quoque minoribus tantum ordinibus initiatos, seu Ecclesiasticum beneficium possidentes; hinc sequitur necessarium nunc esse his omnibus Apostolicum Indultum, ut medendi artem valeant exercere. Quapropter omni prorsus destituitur*

fundamento eruditus conatus Agnani, Regii physici in Gallia, qui anno 1696, *tractatum typis edidit, Gallico idiomate conscriptum, cui titulus* Presbyter Medicus, *in quo illud probandum assumit, nihil esse tam congruum, quam quod Medicus semper sit Sacerdos, vel Monachus.*

APPENDIX ALTERA

*Ad Pag.*40. *lin.*16. *not.*5.

Heic loci minime reticendum censeo, eam esse saepenumero Litteratorum infelicitatem, ut si adversam (quod raro tamen usuvenit) non experiantur fortunam, et ad summum gloriae, vel honorum fastigium pervenerint, invidorum saltem hominum mordacitatem, calumniasque effugere non possint, qui carpendo semper, sed nunquam imitando nodum, ut dici solet, in scirpo quaerunt, cumque caligantes habeant oculos, solis radios perferre nequeunt. Sic Joanni XXI., tenuis fortunae homini, si Pontificiis scriptoribus credimus, si autem Lusitano Cardoso Agiologo Auctori, nobili stirpe de Rebolo, alias Raballo nato, quemque alii Bernardinus scilicet Corio (*Istoria di Milano pag.* 109.) et Franciscus Zazzera (*della Nobiltà d'Italia parte prima della Famiglia De Medici pag.* 297.) temere Florentinum fuisse, affirmare ausi sunt, Auctores hac super re commiseratione, ne dicam sibilis, et convicio dignissimi (ortum nempe, si Zazzara probe legi, ex Ramo Italicae Familiae Mediceae Ulissyponen translato, cum caeteroquin Hispanus dicatur a Corio, falsa, ut suspicamur, attributione Medici, quam nomini adjunctam legerant) sic inquam Joanni XXI. ad culmen evecto, quo nihil majus in terris est, cum verae sapientiae, ac in Philosophicis, et Medicis rebus singularis propemodum peritiae famam eripere non possent, eidem in-

fensissimi quidam, mentis stoliditatem, ac gubernandi inscitiam obtruderunt, objicientibus aliis prae ignorantia illius saeculi Magicae artis studium, uti Alberto Magno, et similibus non cum vulgo sapientibus, quae omnia tum Odericus Raynaldus in suis Annalibus Ecclesiasticis, tum Antonius Macedo enixe, atque egregie refellunt. (Vide Nicol. Anton. Bibliothecae Veteris Hispanicae Tom. II. lib. 7. Cap. 5. p. 51. pag. 151.) Atque ita se rem habere est omnino in confesso ex iis praesertim, quae de praefato Constantino Monacho, et Medico retulit Tiraboschius (Op.cit.Tom.III. pag. 348.) inquiens = *Finalmente dopo 39. anni di Viaggi, e di Studj, fece ritorno a Cartagine, ma ivi poco mancò, che il suo sapere non gli fosse fatale. I suoi Concittadini veggendolo si dotto temerono per avventura, che ei fosse un Mago, e si determinarono dargli la Morte. Egli il riseppe, e fuggito segretamente se ne venne a Salerno* =.

Non secus ac Constantinus Monachus, ex ignorantium hominum culpa, male audisse legitur Sylvester II. P. M. doctissimus Mathematicus, et Philosophus sui temporis egregius, Floriacensis Coenobii in Gallia olim Monachus; Idem enim non aliam ob causam, nisi propter insignem doctrinam, de criminibus, quae risum, ne dicam stomachum movent, fuit insimulatus. = *Verum quoniam clari admodum tunc in Occidente erant, qui Philosophiae et Mathematicis operam darent, si quis ejusmodi esset, ab imperito Vulgo statim Magus, et Negromanticus vocabatur. Plat. 123. in annotat.*

Demum de more Philosophorum illius aevi Innocentius ipse V. Papa, Petrus Tarantasiensis antea vocatus, inclyti Ordinis S. Dominici Alumnus, vir in sacris literis doctissimus, qui post rem Catholicam in Lugdunensi Concilio cum S. Bonaventura, et Alberto Magno apprime vindicatam Pontifex creatus sex tantum mensibus, et duobus diebus Petri naviculam rexit, si fides habenda Corio (Op. cit. pag: 108.) fuit in *Astrologia peritissimus*,

quin tamen, quod illis temporibus mirum, in discrimen deducta fuerit ejusdem existimatio, secus ac Silvestro II., et praesertim Joanni XXI. contigisse novimus; licet hic exactis tribus tantum mensibus ab Innocentii V. morte Petri Cathedram conscendcrit.

Priusquam vero huic appendici finem imponamus, de Thesauro Pauperum, (quod quidem opus ansam fortasse dedit Cl. Philippo Hecquet suam pauperum medicinam, chirurgiam, et pharmaciam evulgandi) adhuc quaedam sunt scitu maximopere necessaria in medium proferenda. *Joannes igitur XXI.* (ait Burius *op. cit.* 216.) *dictus antea magister Joannes Petrus medicinae peritissimus, inter alia edidit Librum, qui inscribitur* Thesaurus pauperum, *de medendis humani Corporis morbis, in omnes fere linguas ad usum pauperum translatum.* Atque incipiendo a Vernacula Italiae lingua videsis Bartholomeum Gamba: *Serie delle Edizioni de' testi di Lingua Italiana. Milano* 1812. *pag.*414. (*Spano Pietro*), *Tesoro de' Poveri volgarizzato, Venezia Agostino di Bindoni* 1543. *in* 8. *assai raro Ser. Gamba* 10. 23.

Sono undici fogli non numerati con segnatura da a sino a l tutti quaderni. Nel Frontespizio si legge: Thesaurus pauperum di Messer Pietro Hispano, doppo le quali parole siegue un rozzo intaglio in legno col motto: Dio te la mandi buona. La data infine ha così: Stampata in Venezia da Agostino di Bindoni nell' anno del Signore M. D. XXXXIV. a dì VI. di Febraro. L' ultima carta è bianca portando soltanto impressa nella prima facciata l' impresa dello Stampatore Bindoni.

Nella nota 237. posta all' indice del Vocabolario si legge, che era stata citata quest' Opera nell' Edizione dello stesso Vocabolario fatto antecedentemente senza dire, se fu adoprato l'esemplare stampato, o qualche Testo a penna. Dal vedere, che alcuni esempi di questo libro si riscontrano nell' esemplare stampato in Venezia nel 1543, *per Agostino di Bindoni in ottavo,*

si potrebbe congetturare , che di questo si fossero serviti (i compilatori) quantunque per verità sia assai scorretto . Ora è da sapersi , che l' Edizione quì ricordata dell' anno 1543., *e che assai difficilmente si trova , altro non è fuorchè una esatta ristampa fatta di riga in riga , e con gli stessi caratteri d' altra anteriore edizione dello stesso Bindoni dell' anno* 1531., *la quale presentando le medesime voci , e le medesime scorrezzioni , deve lasciare in dubbio di quale tra le due possono avere fatto uso i Vocabolaristi . La data in fine di essa più antica edizione è così : Stampata in Venezia per Benedetto Bindoni , nell' anno del Signore M. D. XXXI. in* 8. *L' una , e l' altra furono da me riscontrate sugl' esemplari posseduti dal Signor Conte Gio. Giacomo Trivulzio .*

Post haec non possum, quin ira excandescam litteraria , quoties lego , quibusdam auctoribus in dubium revocatum fuisse Pontificatum Petri Hispani , eumdemque nonnisi Episcopum Sabinensem , et Cardinalem creatum fuisse a Bonifacio hujus nominis VIII. O monstruosum novique generis errorem ! O ridiculum profecto Anacronismum (Vocabolario delli Accademici della Crusca Tom. VI. pag. 38. not. 237. Napoli M. D. XLVIII.) *Volgarizzamento di un libro di Medicina intitolato Tesoro de' Poveri di Mastro Pietro Spano 237. Si cita per lo più a Capitoli .*

Questa abbreviatura non si trova negli Indici delle prime impressioni , ma fu aggiunta dal Guernito *nell' originale dell' antecedente , senza dire se fu adoprato l' esemplare stampato o qualche testo a penna . Dal vedere , che alcuni esempi di questo libro riscontrano nell' esemplare stampato in Venezia nel* 1543. *per Agostino di Bindoni , si potrebbe congetturare , che di questo si fossero serviti quantunque per verità sia assai scorretto .*

I Compilatori notarono anche in questo luogo , che Pietro Spano fu poi Sommo Pontefice . Tra i Testi veduti dello Stritolato , i cui spogli dell' Accademia si conservano , ve ne era

uno con questo Titolo. Medicine di Papa Piero Spagnolo. Fra le osservazioni fatte sopra il Vocabolario dallo Smunto, che pure si serbano fra le scritture dell'Accademia, ve ne ha una sopra la voce MINUSIA in significato d'interiora, in cui egli allegando un' esempio di questa voce tratto da questo Trattato dice. Questo Maestro Piero Spano fu di Lisbona, e fu Medico, e quel ch'importa più, fu creato Sommo Pontefice l'anno 1276.; e fu Papa Giovanni XXI., benchè dagli Scrittori forse per la Favola della Papessa sia detto Papa Giovanni XXII. Di queste Operette ve ne è una nell' Accademia, che la fece comprare il Dotato, (il quale nome ebbe nella nostra Accademia il Cardinal Francesco de' Nerli il Vecchio) non si può però tacere, che da molti autorevoli Scrittori viene impugnato il Papato di Pietro Spano, il quale solo dicono essere stato creato Vescovo di Sabina, e Cardinale da Bonifacio VIII. Checchè sia di ciò, che poco rileva al fatto nostro, è credibile, che dal predetto Testo mentovato dallo Smunto, o pur da quello veduto dallo Stritolato, siano stati tratti gl' esempj di questo libro allegati dalli Compilatori.

Ut paucis igitur me expediam, incredibili caecitate, ac non tolleranda negligentia; notionumque confusione quidam Auctores Petrum Hispanum, seu Lusitanum, qui postea fuit Pontifex sub nomine Joannis XXI. eumdem existimarunt cum Petro Hispani Cardinali Bonifacii VIII. Sciant igitur si qui adhuc sunt, quorum oculis hujusmodi tenebrae offundantur, Petrum Hispanum Cardinalem Bonifacii VIII. praeter nominis similitudinem, quod nihil refert Personam fuisse distinctam a Petro Hispano Pontifice Maximo id quod Solis luce clarius erit, si conferas penes Ciacconium vitam hujus Pontificis Tom. II. pag. 210., cum altera Cardinalis Petri Hispani, quam habes apud eumdem Auctorem pag. 330, et 337.

Petrus Hispanus, seu Hispani ex Episcopo Burgensi inter Car-

dinales, teste Ferdinando Ughellio, cooptatus, et Episcopali Sede Sabinensi a Bonifacio VIII. donatus est anno nostrae salutis 1302. *Bernardus tamen Auctor Chronici Romanorum Pontificum, quod servatur in Vaticano, affirmat Bonifacium Octavum Dominica prima Adventus anno* 1298. *una cum Nicolao Praedicatorum, et Joanne Minorum Summis Magistris Petrum Hispanum Cardinalatu decorasse. Solus cum Nicolao Episcopo Ostiense astitit Bonifacio Pontifici, quando in Palatio Anagnino Corona Constantiniana ornatus, et reliquis Pontificiis vestibus indutus ingenti fortitudine animoque sublimi advenientes hostes excepit, Clementis V. jussu functus est legationis munere in Anglia ad Pacem conciliandam inter Angliae, et Galliae Reges; firmata Pace affuit Exequiis Odoardi Angliae Regis, ac fidelibus omnibus, qui Orationem Dominicalem, et Salutationem Angelicam pro illius quiete recitarent, delictorum veniam indulsit. Interfuit Comitiis, in quibus Petri solium ascenderunt Benedictus X. dictus XI. et Clemens V. Avenione decessit die* 20. *Decembris anno* 1310., *seu ut aliis placet anno* 1311. *ejus Cadaver Romam delatum apud Sanctum Petrum in Vaticano prope Sepulchrum Bonifacii VIII. conditum est sequenti Epitaphio.* Nempe

Bonae Memoriae Dominus Petrus
Sabinensis Episcopus
Avenione Mortuus ad Basilicam
istam delatus, Sepultus ad
Pedes Domini sui in hac
Basilica Anno Dom. MCCCXI.

Quamobrem nemo amplius sanae mentis de Pontificatu Petri Lusitani dubitabit.

Et quod magis mirere, Auctores ipsi Eclectici Lexici Florentini, quos nuper innuimus, non ausi sunt tantam componere li-

tem, quae plane vel ipsi Eraclito risum moveret: credo equidem, quia ipsi etiam nesciverunt, quod Lippis quoque et Tonsoribus est notissimum; scilicet non noverunt distinguere Petrum Hispanum Pontificem, a Petro Hispani tantum Cardinali, quod facili negotio, ac temporis momento aliquos ex Ecclesiasticis historicis evolvendo cognosci potuisset. Nec minus vir Cl. Vincentius Monti. (Proposta di alcune correzioni, ed aggiunte al Vocabolario della Crusca. Vol. I. Par. II. pag. 161.) ignorasse ni fallor videtur Thesaurum pauperum a suo Auctore Latino idiomate fuisse exaratum, ita enim de hoc opere loquitur, ut facile credas vernacula Italiae lingua ipsum existimasse e Petri Hispani calamo prodiisse; praeterquamquod (bona venia tanti viri dicimus quem in poetica facultate nemini secundum nostra aetate censemus) nimius certe ipse fuit in eodem vituperando. Hoc enim opus, etsi plane ridiculis, absurdissimis, foedisque interdum redundet remediis nihilo tamen minus non est adeo contemnendum, ut visum fuit praefato Auctori dummodo saeculi, in quo Petrus Hispanus vivebat, ratio habeatur, saeculi inquam nihil minus quam Plinii, et Dioscoridis vulgaribus opinionibus addictissimi qui hujusmodi merces ante alios vendiderunt. Et redeundo ad accademicos Florentinos nimia ipsi praecipitantia nisi amanuensis culpae tribuendum sit codicem aliquem manuscriptum versionis e Latino Idiomate invernaculam linguam nostram Thesauri pauperum perlegerunt, aut loco M. S. Codicis, opus Typis edttum tantummodo inspexisse videntur, occipitium enim *Cipresso* dictum fuisse ab incerto Auctore Versionis confidenter nimis asseruerunt, cum inibi *Cipesso* scriptum sit sicuti legitur in pulcherrima M. S. versione Thesauri Pauperum saeculi XIV. vel ineuntis XV. quae in pluteis Vaticanae Bibliothecae asservatur, quamque mihi invisendam pro sua humanitate praebuit doctissimus Praesul ejusdem Bibliothecae Praefectus Angelus May summe de re litteraria publica meritus cujus amicitiam acceptam referre debeo Josepho de Matthcis Tyronum in

medicina Clinica institutori in Urbe meritissimo quo et ipse familiariter utitur. Atqui re probe perpensa, magnam inter occipitium, corruptumque vocabulum *Cipesso*, nullam contra inter occipitium, et *Cipresso* invenies analogiam, quae cum ita sint novo vocabulo Italicum Dictionarium augeri ditarique poterit.

Quousque vero vulgi inscitia pervadat in corrumpendis, sive Latinis, sive Italicis Vocabulis, disces praesertim ex Ponte Emilio, qui in Milvium prius, deinde in Molle fuit conversus, ex Urbis loco Balnea Pauli nomine, quod Magna Napoli, hodie vocitatur, ac demum ne nimius sim ex titulo Ecclesiae S. Mariae in Cacabis, quam dicere in cacaberis vulgus assuevit. Nec jurandum in verba celeberrimi Halleri qui absque cunctatione scripsit anno 1276. Archiatrum fuisse Joannem XXI. Praeterquamquod enim adhuc sub judice lis est, utrum Archiatrorum albo inscribendus sit Petrus Hispanus, vero non videtur simile ad Cardinalatum, et ad Pontificatum Maximum evectum fuisse anno 1276., qui eodem anno Archiatri Pontificii munere fungebatur. *Not. ad Method. studii Med. Boher.*

Petrus Hispanus eodem fere tempore floruit, et anno 1276. Archiater fuit Pontificius, inde Pontifex ipse Joannes XX. nominatus. Ejusdem Thesaurus pauperum seu de medendis corporis humani morbis per Euporista liber empiricus congestus ex Ippocrate, Galeno, Avicenna Lugduni 1525. ac alias prodiit: Anglicae versus sub nomine Tresaury of, health containing many profitable Mediciny, et editus Lond. 1585. 8. et alias

Et quamvis cathalogum operum hujus Pontificis ex Ciacconio exposuerim, nihilominus de iismet typographicas locupletiores notitias addere non abs re futurum putavi depromptas ex Bibliothecis Pontificia Ludovici Jacobi a Sancto Carolo Carmelitae pag. 157. et ex illa Nicolai Antonii supracitata, quae caeteris sunt accuratiores. *Thesaurum pauperum, seu de medendis humani Corporis morbis per experimenta Euporista, simplicia et particula-*

ria librum Empiricum ex omni genere Auctorum et experientia propria congestum. Lugduni apud Jacobum Myt 1525. *cum practica Joannis Serapionis. Parisiis, apud Jacobum du Puis* 1577. *in* 16. *cum Thesauro Sanitatis Joannis Lielbaultii Divionensis Medici, qui eum altera parte auxit. Francofunrti apud Egenolphum* 1576, *et* 1578. *in* 8. *ex Gulielmi Adolphi Scribonii: Marpurgensis Medicis recognitione. Extat M. S. Patavii in Bibliotheca S. Mariae in Avantio, quam variis Codicibus exornavit Vir clarissimus Jacobus Philippus Tomassinius mihi amicus, et in illa Joannis Rhodii Fol. c. Latin.* 4. *Ital. M. Item apud Claris. D. meum Gabrielem Naudaeum* 4. *pergam. Cantabrigiae in Bibliothaeca pub. vol.* 149. *num.* 2., *et in Archiviis Coll. Caij Vol.* 171. *num.* 12.

Ex interpretatione (ait Nicolaus Antonius) *Hispana prodiit post antiquiorem ut suspicior editionem Pinciae anno M.DC.XXII. in cujus tamen titulo monet temere interpres opus hoc jussu Joannis Papae formatum a Juliano ejus Medico doctissimo, qui ad id conficiendum magistros omnes illius temporis in Medicina celebres hoc est non minus quinquaginta sex in unum collegisse absque ullo rei tam novae auctore ait si, excipias quam vetus quidam codex M. S. huic suspicioni confirmationem exhibere videtur: qui certe liber continet hunc nisi fallimur Thesaurum Pauperum lingua Lusitana sed Rabbinicis Characteribus scriptum cujus a me possessi atque ei in manus dati Rev. Pater D. Julius Bartholoccius meminit in appendice primi voluminis Bibliothecae suae magnae Rabbinicae, ubi auctor sane se Magistrum Julianum vocat librumque ipsum Thesaurum pauperum.*

De Medenda podagra tractatus, cujus libri Petro Portugallensi Episcopo Cardinali Tusculano attributi Paulus Cortesius meminit lib. 1. *de Cardinalatu qui idem cum nostro est.*

In artem Galeni. Consilium de tuenda valetunine ad Blancham et M. S. in Biblioth. Cl. v. G. Naudaei.

De oculis tractatus qui M. S. extat Oxonii in Collegii omnium animarum Bibliotheca vol. 3. Super Tegnis, et Hippocratem glossae de natura puerorum M. SS. Patavii inter libros Canonicorum Lateranentium S. Joannis de Viridario, et in Bibliotheca Veneta S. Antonii auctore Thomasino Bibliothecae Venetae pag. 14, et Patavinae pag. 35.

Commentaria in Isaacum de diaetis universalibus, et particularibus extant cum operibus Isaaci Lugduni, apud Bartholomaeum Trost 1515. in folio. Extant MSS. Oxoniae in Bibliotheca Collegii omnium animarum. Vol. 23.

His addendum regimen sanitatis M. S. in Codice Regio Parisiensi 1925., quod evolvit Cangius. Jo.Albert Fabricii Biblioth.Med. et infimae aetat Tom. VI. pag. 260. Tamen prodiit Gallice incerto traductore Lugduni apud Mattheum Bonominem 1555. in 8. ex Bibliotheca Gallicana.

Editiones autem variae saeculi XV. latinae Pract. Medicinae, quae Thesausus Pauperum etiam nuncupatnr duae sunt. Antuerpiae Theod. Mart. 1476., ibid. 1479. Italicae. Tesoro de' Poveri 4. Venetiis Gio. Regazzo 1494. *e Gio. Maria Compagni; libro compilato, et facto per Maestro Piero Spano.* ibid. 1500., hoc praeseferens exordium. *Quì incomincia el libro chiamato Tesoro di poveri compilato et facto per Maestro Piero Spano.* In fine post tabulam *stampata* (sic) *in Venetia nel mille cinquecento a duo de Novembrio. Laus Deo, et Beatae Virginis. Exemplar autem quod in Casanatensi Bibliotheca prostat, tantum habet: Stampata in Venezia per Jo. Alvisi de Varesi M. CCCCC. a di XX de Novembrio.* Utrum autem hae sint duae diversae editiones, vel una eodemque videant Bibliographi, Duae sine loco et anno. Ex Annal. Typograph. Georgii Wolfgangi Penzer. Vol. V.

Ad bonam denique quod faxit Deus clausulam huic operi imponendam et ad majus Medicae Bibliothecae incrementum notum facio in cimeliis Vaticanis M. S. Codicem extare operis Pa-

tri Lusitani omnibus licet accuratissimis Bibliographis huc usque (nisi pars sit tractatus *de oculis* quem numquam vidi) incogniti nec unquam quod sciam Typis excusi cui titulus est . *Tractatus mirabilis aquarum quem composuit mag. Petrus Hispanus cum naturali industria secundum intellectum ad visum conservandum , et contra omnem maculam de oculo* . Codices autem Vaticani in quibus Petri Lusitani opera continentur inscripti sunt numeris 5373 , 5374 , 5375 , atque inibi habentur alii Medici tractatus absque nomine auctoris fortasse ad eundem pertinentes Pontificem ex quibus pulcherrimae notiones erui possent ad quas tamen ex piscandas longi temporis , et studii spatium requiritur quod mihi non suppetit .

I M P R I M A T U R

Si videbitur Rmo P. Magis. S. Pal. Apostolici .

Candidus Maria Frattini Arch. Phiipp. Vicesg.

I M P R I M A T U R

Fr. Philippus Anfossi Ord. Praed. S. P. A.
Magister .

(781)38